This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

B
3689
3.5

Bibliothèque de comte Riant

B 3689.3.5

HARVARD UNIVERSITY LIBRARY

VE RI TAS

FROM THE LIBRARY OF
COUNT PAUL RIANT

MEMBER OF THE
INSTITUTE OF FRANCE
HISTORIAN OF THE
LATIN EAST

MDCCCC

BOUGHT WITH INCOME OF THE
HENRY L. PIERCE FUND

# CATALOGUS

# CODICUM MANUSCRIPTORUM,

QUI IN

**BIBLIOTHECA ACADEMICA MARBURGENSI**

**ASSERVANTUR, LATINORUM;**

EDIDIT

***CAROLUS FRIDERICUS HERMANN,***

PHILOS. D. ET PHILOLOGIAE P. P. O., SEMINARII PHILOLOGICI DIRECTOR ET

BIBLIOTHECAE ACADEMICAE PRAEFECTUS SECUNDARIUS.

MARBURGI,

SUMTIBUS CHRISTIANI GARTHE

MDCCCXXXVIII.

B 0687.0.0
~~R 4144~~

Harvard College Library
Riant Collection
Henry Lillie Pierce Fund
May 7, 1900.

VIRIS ILLUSTRISSIMIS

CLARISSIMIS AMPLISSIMIS

**GEORGIO KLOSS,**

MEDICINAE DOCTORI,

ET

**JOANNI FRIDERICO BOEHMER,**

J. U. D. ET BIBLIOTHECARIO MOENO-

FRANCOFURTENSI,

OBSERVANTIAE ET COMMUNIS LITERARUM AMORIS CAUSA

HUNC LIBELLUM

D. D.

*CAROLUS FRIDERICUS HERMANN.*

Circumspicienti mihi, cui potissimum novum hunc libellum donarem, nemo potior visus est Vobis, Viri Illustrissimi et Doctissimi, quorum sive animos quos in me geritis respicio, vix quenquam invenio in ista mea patria, cui meritam benevolentiae testificationem palam reddere magis cupiam, sive doctrinae Vestrae studia contemplor, hoc ipsum argumentum quasi proprium Vobis deberi arbitror. Te enim, Illustrissime Klossi, in antiquorum librorum cognitione pares paucos, superiorem neminem habere, una voce omnes, quos ad interiora studiorum Tuorum penetralia admisisti, praedicant, Te autem, Clarissime Boehmere, intelligentissimum codicum manuscriptorum existimatorem Europa novit; quod si illud mihi propositum erat, ut non tantum amoris et observantiae documentum in hac dedicatione ederem, sed simul etiam eorum virorum nominibus has pagellas ornarem, unde aliquid commendationis apud viros doctos acciperent, cariores paucos, illustriorem in hoc genere neminem mihi ista urbs suppeditavit. Illud tantum me male habet nec mediocri me sollicitudine afficit, ne his ipsis clarissimis Vestris nominibus abuti videar, cui statim in ipso operis limine profitendum sit, non singulari aliquo rei bibliothecariae studio vel interiori harum literarum cognitione, sed externa tantum necessitate motum me has pagellas conscripsisse, quum simul et Augustissimorum nostrorum Principum natalitia ex solemni pro-

fessionis meae officio indicere jussus, et Prorectoris munere, quod heri demum deposui, ab omni continua et accurata literarum tractatione revocatus, eo tandem confugiendum viderem, ut sepositis quae ex ipso artis meae penu illi proludendi negotio destinassem, indicem librorum bibliothecae nostrae manuscriptorum, quem ante hoc quadriennium, quum primum in bibliothecariae curae partem vocarer, meos potius in usus confeceram, ex scriniis protraherem eoque publicando duorum mihi programmatum compendium facerem; quibus quanquam nihil magis convenire videretur, quam earum copiarum enumeratio, quibus ab illustrissimis et gloriosissimis Principum nostrorum majoribus haec Academia ornata et ditata est, me tamen ingenue fateor, si otium mihi ad aliud argumentum ab integro tractandum suppeditasset, in quavis alia materia potius quam in hac quidquid id operae esset positurum fuisse. Sive enim quantum in me esset facultatis ad tantorum dierum illustrationem conferendum censerem, in nuda librorum et nominum recensione consistere neutiquam decebat, sive hoc ipsum opus ea qua par erat industria et eruditione absolvere vellem, nimis longe a consuetis meis studiis recedere cogebar, utque omnino eo pervenire contigisset, ut librorum, qui hic exstant, medicorum, alchimisticorum, theologicorum originem et indolem eadem qua philologicorum diligentia existimare et exponere possem, tamen ipsi officio meo defuturum me putassem, si tantum temporis rebus a professione mea alienis impenderem; quae quum ita essent, hoc tantum me consolabar, ut aliquid exstiturum esse sperarem, unde et exteris, si quid apud nos ipsorum attentione dignum

servaretur, innotesceret, et qui in hac ipsa Academia bonis literis operam darent, ad antiqua illa literarum monumenta cognoscenda incenderentur, nec bibliothecam visentibus quasi summarium eorum quae in hoc genere haberemus deesset, idque Vos quoque, Viri Illustrissimi, animis Vestris proponatis quaeso, ne, si plura exspectaveritis quam ego aut voluerim aut praestare potuerim, verba Vobis data spemque Vos Vestram frustratam esse queramini. Nam quae de librorum scriptoribus eorumque aetate editionibusque si quae exstarent addidi, exigua tantum et temporis angustiae et subsidiorum, qua hic laboro, praesertim in medico genere inopia me exhibere sinebant, nec dubito quin multa me fugerint saepiusque etiam quam nunc intelligam acciderit, ut aut ignorari librorum scriptores dicerem, qui doctioribus noti essent, aut typis expressos negarem, qui dudum in eruditorum manibus versarentur [1]; praestare certe eam tantum curam possum, quam in typothetae labore regendo adhibui [2], ubi ea quidem, quae ex ipso codice exprimerentur, inclinatis literis excudenda curavi, sin rubrica scripta essent, praeterea etiam intervallis distingui jussi, et compendia quidem scribendi, quorum imitatio vel impensas libelli nimis auctura fuisset, prorsus sustuli, reliquam vero orthographiam quanta potui fide integram

1) Sic nunc demum comperi Alfonsi librum, de quo egi ad cod. D. 7, jam ante hos undecim annos prodiisse hoc titulo: *Alfonsi, P., disciplina clericalis. Zum erstenmal herausgegeben mit Einleitung und Anmerkungen von Fr. W. Val. Schmidt*, Berlin 1827. 4. Decreti quoque (C. 1) lectiones variantes a se communicatas adhibuisse Richterum, clarissimum Corporis juris canonici editorem, sero mihi Bickellius indicavit.

2) Pauca tantum menda vel in reliquis me effugisse arbitror, ut p. 51, ubi legendum est 1352 pro 1252.

servavi, postremo si quid librariorum culpa minus commodum intellectum habere videretur, veram scripturam uncis inclusam addidi; quae si cui nimis jejuna et trivialia videantur, recogitet hunc libellum multo prius in tironum quam in virorum doctorum manus perventurum fuisse, totamque mei muneris rationem eam esse, ut illorum magis quam horum desideriis prospicere debuerim. Ipsorum autem codicum indolem et naturam quod attinet, singula singulorum initiis diligenter annotavi; memoriam eorum certe, qui in tribus prioribus classibus recensentur, non altius repetere potui, quam ab hujus Academiae origine, cujus usibus plerosque illorum statim ab initio destinatos fuisse, antiqua nota ACAD. MARP. sive ACADEM. MARPVRG. declarat, quae eorum tegumentis impressa est quamque ubi invenissem literis A. M. in singulorum codicum descriptione significavi; quartae tantum classsis sive theologicorum maxima pars antiquorum monasteriorum nomina in fronte gerit, de quibus in hac praefatione eo magis agendum est, quo accuratius diversa eorum genera inter se distingui oportet. Et nonnullos quidem horum quoque a primordiis Academiae nostrae adfuisse credibile est, ut qui ex fratrum Aulesburgensium 3) et Wiesenfeldensium 4)

3) Ut cod. D. 2 et 4. Aulesburgi primum conditum fuerat monasterium fratrum Cisterciensium, antequam c. a. 1215 Hainam translatum est; cf. Leuckfeld. Antiqu. Michaelstein. p. 14, Lezneri *kurtze Beschreibung des Klosters Haina* in Kuchenbeckeri Analect. Hass. T. IV, p. 309, et Justi *das Hospital zu Haina*, Marburg 1803. 4, p. 7.

4) Huc enim spectare, quae in cod. D. 6 commemoratur, *domum bubalorum ordinis sancti Johannis*, docuit me V. Cl. Vilmarus, Gymnasii Marburgensis director, qui de hoc ipso nomine egit in *Zeitschr. des Vereins für hess. Geschichte und Landeskunde* T. I, p. 280; de ipsa autem Johannitarum domo Wiesenfeldensi cf. Kopp *von den Herren zu Itter* p. 93 sqq.

domibus huc pervenerunt, quos statim post sacrorum emendationem a Philippo Magnanimo, gloriosissimae memoriae principe, recens constitutae Universitati donatos esse suspicamur, ejusdemque generis sunt quos olim post mortem Johannis episcopi Cyrenensis ad fratres minores Marburgenses pervenisse legimus [5]); longe alia autem causa est eorum, qui nuper demum Gallicae dominationis tempore cum satis magna librorum typis expressorum supellectile ex monasterio Corbejensi huc translati sunt, cujus muneris publica testificatio exstat in Ant. Baueri commentatione, qua ad novi Prorectoris inaugurationem Kal. Jan. 1812 celebrandam invitavit [6]), ac licet multo plures olim Philippinos codices fuisse consentaneum sit, horum tamen numerum nunc minorem esse quam Corbejensium nemo mirabitur, qui bibliothecae nostrae fata vel ex iis tantum novit, quae Haasius in symbolis Hassiacis de hoc argumento tradidit [7]). Quod enim hic narrat in bibliotheca academica Gissensi multos libros exstare, quos ex coenobio fratrum Cogleticorum, qui Marburgi fuerunt, sive, ut ipsi se appellabant, Fratrum domus rivi leonis [8]) eo pervenisse inscriptio doceat, ad alios quoque libros eosque etiam manu scriptos pertinere jam ex iis apparet, quae ad cod. C. 2 de collectionibus juris canonici antegregorianis

5) Ipsam domum, ubi nunc bibliotheca academica asservatur, ante Philippi Magnanimi aetatem Fratrum Minorum h. e. Franciscanorum Nudipedum coenobium fuisse satis constat.

6) Comm. de ordinibus successionis etc. p. 56.

7) *Nachricht von der Entstehung, dem Zunehmen und dem jetzigen Zustande der Bibliothek bei der Universität zu Marburg*, in *Hess. Beitr. zur Gelehrsamkeit und Kunst* (*Frankf. a. M.* 1787. 8.) T. II, p. 221 sqq.

8) Cf. Ayrmann. in Kuchenbeckeri Anal. Hass. T. VII, p. 1 sqq.

dicta sunt, nec dubitari potest, quin multorum codicum, quos haec Academia illustrissimorum suorum Principum munificentiae acceptos retulit, eadem sors fuerit ac Polyglottorum Complutensium, quae a Guilielmo IV bibliothecae nostrae donata cum aliis pluribus in funestissima illa Universitatis Hassiacae divisione a. 1650 Gissam migrasse intelligentissimus harum rerum auctor Wachlerus monuit [9]; quae quum ita sint, quamvis notas illorum si quae fuerint sedulo deletas esse amicus Gissensis mihi interroganti rescripsit, non minimam eorum partem, quae magnanimus literarum per Hassiam instaurator Philippinae suae destinaverat, nunc almam Ludovicianam ornare satis perspicuum est. Ceterum nec Corbejenses integros ad nos pervenisse apparet ex catalogo illorum a. 1803 conscripto, cujus ne dimidia quidem pars in hoc nostro apparet, multosque per privatorum manus dispersos esse vel ex uno cod. D. 25 colligere licet, quem in illo catalogo descriptum proximo demum anno Justi nostri V. S. R. liberalitas nobis restituit; quod si quis haec legat, qui et ipse fortasse emtionis vel donationis titulo codicem acquisiverit, quem vel exterior aliqua nota vel argumentorum similitudo ex illa bibliotheca ablatum arguat, impense rogatum velim, ut tam illustre exemplum secutus eum rursus cum fratribus suis conjungi publicaeque utilitati reddi patiatur. Ne quis tamen, Taciti annalium memor, quorum sex priorum librorum unicum quod exstet exemplar Corbeja olim Romam atque inde Florentiam delatum esse novimus, nescio quos thesauros recon-

9) De originibus, progressu, incrementis et mutationibus, quas Acad. Marb. per annos fere trecentos experta est, narrationis spec. I, Marb. 1810. 4, p. 50.

ditos illinc nos accepisse exspectet, statim moneo, plurimos eorum Bursfeldiae nomen prae se ferre, quod quidem monasterium quum circa concilii Constantiensis aetatem propter emendationem regulae S. Benedicti inclaruisset magnaeque congregationi nomen suum imposuisset [10]), ab illo demum tempore literis operam dedisse videtur, eamque ipsam non tam veteribus auctoribus colligendis describendisve quam Gersonis aliorumque theologorum libris, qui depravatos ecclesiae mores corrigere ac reformare studuerunt [11]), impendit; nec melior reliquorum codicum conditio est, quos ex aliis quoque monasteriis, quae ad congregationem Bursfeldensem accessissent, ut Breitenaviensi in Hassia [12]), post Lutheri tempora, quum magna coenobiorum pars ab earum regionum dominis in aliam formam converterentur, una cum congregationis regimine [13]) ad abbates Corbejenses

---

10) Cf. J. G. Leuckfeldii Antiquitates Bursfeldenses etc. Lips. et Guelpherb. 1713. 4.

11) De hoc praeter eos quos laudavi ad codd. D. 15 et 18 cf. imprimis C. Ullmanni librum: *Johann Wessel, ein Vorgänger Luthers* (Hamburg 1834. 8.) p. 22 sqq. et C. B. Hundeshagen *über die mystische Theologie des Johann Charlier von Gerson*, in Ilgenii *Zeitschrift für die historische Theologie* T. IV, p. 79 — 164; librum Gallicum: *Essai sur la vie de Jean Gerson — sur sa doctrine, ses écrits et les événemens de son tems par l'Ecuy, Paris* 1832, 2 Voll. 8, plerisque hujus scriptionis lectoribus non magis quam mihi in promtu fore arbitror.

12) De monasterio Breitenaviensi prope Melsungam cf. Beckeri *Nachrichten von dem ehemaligen Benedictinerkloster Breitenau in Niederhessen* in Symb. Hass. l. c. p. 12 sqq., unde et ipsum a Philippo Magnanimo sublatum esse discimus; ne quis tamen inde statim Marburgum delatos codices arbitretur, cf. cod. D. 22 praescriptionem, ac licet in cod. D. 5 nihil literarum exstet, unde hunc quoque S. Thomae in Bursfeldia fuisse appareat, in catalogo tamen Corbejensi eundem annotatum inveni, quapropter verisimile est hos ab ipsis monachis, quum monasterii finem praeviderent, fratribus suis traditos esse; nam Breitenaviam quoque a. 1496 ad societatem Bursfeldensem accessisse Leuckfeldus p. 64 testatur.

13) Cf. Leuckfeld. p. 72.

transiisse verisimile est; elegantiorum autem literarum quidquid Corbejae fuit, dudum in Italiae bibliothecas migrasse, simillima aliorum codicum fortuna circa ipsa conciliorum Constantiensis et Basileensis tempora facile persuadet [14]). Nihilo tamen minus vix esse arbitror cur me hujus operae poeniteat, modo illud effecisse videar, ut et praesentes quasi viam munitam ad legendos codices inveniant et absentes de argumentis et auctoritate eorum qualemcunque opinionem concipere possint; quamvis enim multis exigui adeoque nullius pretii quae hic offero videantur, Vos tamen, Viri Amicissimi et Gravissimi, et quicunque ad interiorem harum rerum existimationem pervenerunt, satis nostis, in nullum magis genus cadere, quod Persius ait, mille hominum species esse et rerum discolorem usum, quibus omnibus pariter bibliothecarium inservire oporteat, speroque fore ut aliquando etiam exsistat, qui meo exemplo incensus orientalium linguarum codices, quos quum Principum nostrorum dono tum imprimis ex legato Schroederiano haud profecto contemnendos in bibliotheca nostra servamus, simili modo recenseat; ego cur intra latinos tantum constiterim, excusatione non indigere arbitror. Valete, Viri Illustrissimi ac Doctissimi, meque quod facitis amare pergite. Scr. Marburgi d. x. Septemb. MDCCCXXXVIII.

---

14) Cf. Heerenii *Gesch. des Studiums der classischen Literatur* T. II, p. 40 et 79, ubi imprimis Poggius inter eos recensetur, qui ex Germaniae bibliothecis et Romam et Florentiam codices Mstos detulerint; plura de eo dabit Drakenborch. ad Silium Ital. p. 2 et Orellius in Indice lectt. Turic. a. 1835.

# CLASSIS PRIMA.

## SCRIPTORES ANTIQUI.

---

*A.* 1. Codex membranaceus saec. XII foliorum CII formae quadratae A. M. — Continet Lucani Pharsaliam integram.

**Bonae notae liber, cujus variantes lectiones a Schminkio collatas Arn. Drakenborchium secum communicasse narrat Franc. Oudendorpius in praef. editionis suae (Lugd. Bat. 1728. 4.); idem inter Cortii subsidia recensetur a C. F. Webero in praef. edit. Lipsiensis a. 1828 (T. I. p. xxiii); a neutro tamen omnes ejus copias enotatas esse vel unius loci comparatio docet. Lib. II. v. 519 lectionem *extremum est civi* Cortius animadvertit, Schminkius neglexit, contra v. 528 quod pro *jussurus* in codice est *visurus*, Oudendorpius novit, Cortius omisit; quamquam omnino hunc diligentiorem fuisse apparet et v. 495, ubi Oudendorpius codicem *fluviis* exhibere ait, Cortius rectius *fluviisque* enotavit, et v. 468, ubi idem primam manum a secunda, quae passim prioris errores vel omissiones correxit, sedulo distinxit, alter primam tantum novit etc.**

*A.* 2. Codex chartaceus saec. XV folior. CXXXII formae max. A. M. — Continet *a*) Justini historias Philippicas, *b*) Ciceronis

orationes Catilinarias quatuor, cum glossariolo et aliis quae nonnisi in fugam vacui adjecta esse videntur.

Nondum, quantum equidem scio, collatus. In fine: *templum permagnificum concordie statuit liuia et dicavit.*

*A.* 3. Codex chartaceus saec. XV folior. CXXXVIII formae max. A. M. — Continet *a*) Ciceronis Tusculanarum disputationum libros quinque; *b*) Plutarchi libellum de educatione ex interpretatione latina Guarini Veronensis; *c*) Xenophontis Hieronem latine ex interpr. Leonardi Aretini; *d*) Basilii Magni ad nepotes suos de legendis libris saecularibus opusculum interprete eodem.

De hoc codice habemus judicium G. H. Moseri in praef. editionis suae Tusculanarum (Hannov. 1836. 8) T. I, p. xvii: „qui scripsit codicem homo fuit omni plane eruditione destitutus, videtur autem habuisse ad manum codicem quem describeret bonae notae, sed paulo difficiliorem ad legendum; ubicunque enim aliquid esset difficultatis vel in nominibus propriis vel vocabulis rarioribus vel graecis, ridicule fere lapsum deprehendi librarium: sed saepissime cum optimis facit eorumque auctoritati calculum adjicit.“ In fine Tusculanarum haec adscripta sunt: *opus M. Ciceronis Tusculanarum questionum feliciter explicit Scriptum pro Venerabili et egregio viro domino Martino Grusczinski Scolastico Crusviciensi in domo sua. Bononie Anno studii sui quinto per Gregorium balathe Deo gratias.* De Guarini versione libelli Plutarchei, quae etiam typis expressa cum aliis Plutarcheis prodiit Moguntiae apud Jo. Schoeffer 1527. 12, cf. Wyttenbach. in praef. edit. Oxon. T. I, p. lxxxix: praefixa est epistola ad Angelum Corbinellum incipiens: *Majores nostros Angele mi suavissime non admirari et*

*maximis prosequi laudibus non possum* etc. Leonardi quoque interpretationem Hieronis et in bibliothecis multis exstare et mature typis excusam esse monet Jacobsius in Symbolis Gothanis (Jacobs und Ukert Beiträge zur älteren Literatur oder Merkwürdigkeiten der herzoglichen öffentl. Bibliothek zu Gotha, Leipzig 1835. 8) T. I, p. 177 sq., ubi etiam epistolae ad Nicolaum idem quod in nostro legitur initium refert; finis in nostro hic est: *majora autem illius uiri opera: que permulta sunt: ac pulcherrima: in his primiciis studiorum nostrorum nullo modo ausi sumus attingere;* quibus absolutis sequitur: *Tirannus Xenophontis feliciter incipit Lege* etc. Basilii denique ab eodem Leonardo Bruno latine versi alia exemplaria describunt Jacobsius ibidem T. I, p. 184 et T. II, p. 92, ac Dübnerus in Seebodii N. Archiv für Philologie 1829 Jul. p. 138, nec deest in nostro epistola ad Collucium (sive pleno nomine Linum Colucium Pierium Salutatum, cf. Saxii Onomast. T. II, p. 383), quam Dübnerus illic integram edidit; totius autem codicis aetas et patria in extremo sic notatur: *Magni basily. liber explicit. per Gregorium. 1470 bononie: feliciter*, unde etiam italica scripturae forma satis explicatur, glossis tantum in margine hinc inde germanicum characterem referentibus.

# CLASSIS SECUNDA.

## LIBRI MEDICI, PHILOSOPHICI, ALCHIMICI.

*B.* 1. Codex membranaceus saec. XIII foliorum LIV a recentiori manu signatorum cum indice octo foliis chartaceis inscripto form. duod. A. M. — Continet a) *Practicae graduum* libros quatuor; b) Pseudo-Hippocratis epistolam ad Maecenatem.

De priori libello nihil habeo quod moneam; incipit: *Quoniam disputationem simplicis medicine* etc. De altero cf. Fabricii Bibl. Gr. T. I, p. 685 Harl. Nostro in codice inscribitur *Liber specialis in medicis utilissimus homini ad quemlibet defectum*; incipit: *Ypocras Mecenati salutem. Libellum quem rogasti* etc. In fine: *et ipsum lapidem demolitum.*

*B.* 2. Codex membranaceus saec. XIII per columnas scriptus foliorum LXVI formae octonariae A. M. — Continet praeter tractatum anonymum de generatione et conceptione Galeni libros de crisi et de diebus criticis latine.

Incipit: *Sperma hominis descendit ex humore totius corporis* etc. Fol. 9: *Ego non intendo in hoc meo libro determinare* etc. Fol. 32: *Explicit liber Galieni de crisi Incipit liber creticorum dierum Galieni.* In fine: *Completus est tractatus III libri G. de creticis diebus et hic liber totus antecedit librum de crisi secundum G. et est 3 liber . . . . testatur quod impotegni* (iatrotechni? an mikrotechni?) *liber ante criseos est VII tractatus et nos non habemus uerum de eis.*

*B*. 3 a. Codex membranaceus saec. XIV per columnas scriptus foliorum LXII formae quadratae A. M. — Continet *a*) librum divisionum latine interprete Gerardo Cremonensi; *b*) phlebotomiam Avicennae.

Incipit: *Verba abuigali filii cachane arazi* etc. In fine fol. 58 a: *Explicit liber diuisionum translatus a magistro G. Cremonensi de arabico in latinum*, unde videant harum rerum periti, num idem sit an similis ei quem eodem divisionum nomine ex Almansore collectum reliquit celeberrimus Arabum medicus Mohamed Ben Zacharia Abubekr el Rasi sive ut plerumque appellatur Rhazes (cf. Halleri Biblioth. Medic. Pract. T. I, p. 364 sqq., Sprengel's Gesch. d. Arzneikunde T. II, p. 312 sqq., Choulant Handbuch der Bücherkunde für die ältere Medicin p. 155), latine autem vertit Gerardus de Carmona Hispanus, multorum librorum arabicorum translator, quem perperam vulgo Cremonensem dici Hallerus l. c. p. 439 monuit. Mox fol. 58 b: *Flebotomia est euacuatio uniuersalis* etc. In fine: *qui flebotomiam excusat.*

*B*. 3 b. (priori annexus) Codex chartaceus saec. XV a variis manibus scriptus per columnas folior. CIII formae quadratae A. M. — Quae continet, ex sequenti descriptione apparebunt.

Fol. 1: *Incipit liber moralium qui alio nomine dicitur secretum secretorum editus ab Aristotele ad Alexandrum regem* etc. Fol. 23 a: *Phisonomia incipit* etc. Fol. 24 b: *Epistola missa theodoro philosopho Inperatoris friderici* etc. Fol. 26 — 31 variae observationes de anni temporibus et signis zodiaci ab alia manu interpositae sunt; deinde fol. 31: *Incipit liber de pomo aristotelis* etc. Fol. 35 b: *Epistola theodorî philosophi ad Inperatorem fridericum* etc. Fol. 36 b: *Incipit phisonomia loxi medici* etc. Fol. 44 b: *Pillule mirabilis operationis quas*

*composuit frater albertus theoconichus pro papa Gregorio* etc. Ibidem: *Hec sunt capitula gloriosissimi et invictissimi triumphatoris friderici Rogeri romanorum Inperatoris et semper augusti de regimine et via itineris et fine peregrinantium* etc. Fol. 68 a: *Incipiunt nomina et virtutes balneorum* elegiacis versibus descriptae, quorum primum distichon:

*Inter opes operum deus est laudandus in illis*
*In quibus humane difficit artis opus* etc.

mox fol. 71 a: *qualiter balnea locata sint* etc. Fol. 74 b pictum cernitur sigillum phlebotomicum (Aderlaſsmännlein) cum commentario germanico, cujus extrema verba haec sunt: *disen Brif hat gemacht mayster auicenna der do der peste arzet was der ie was vnd wart von der erznei wei der mensche sol lasen.* Fol. 76: *Incipiunt secreta mulierum* (Alberti Magni). Fol. 84: *Omnis autem ratio* etc.; in fine: *Explicit phisionomia aristotelis.* Fol. 89 b: *Habitum autem* etc.; in fine: *Explicit liber aristotelis de bona fortuna.* Fol. 90 b: *Unitas est qua unaquaeque res dicitur una* etc.; in fine: *Explicit liber boecii* (Boëthii) *de unitate et uno.* Fol. 91 b: *Libellus de secundo phylosopho* etc. Fol. 93 b: *De mutuis epistolis allexandri et didimi regis Bracmanorum* etc. Fol. 96 a: *liber platonis in thymeo.*

De libris Pseudaristotelicis de secretis secretorum, de pomo, de bona fortuna cf. Fabric. Bibl. Gr. T. III, p. 281 sqq. Primi margini in nostro codice insuper adscriptum est: *Iste liber intitulatur liber de regimine dominorum.* — De Theodoro philosopho non habeo quae adscribam nisi principia utriusque epistolae, quarum prior incipit: *prudenti viro amico suo karissimo theodoro inuictissimi Cesaris philosopho Alkendeno alkadif de baldacs sacerdos et philosophie* (cultor?) *salutem in omnipotente* etc.; posterior autem ab ipso Theodoro ad imperatorem data: *Celsitudo vestra praecepit ut de conseruanda sanitate certas scriberem vobis regulas* etc. — Loxi physiognomonis me-

moria exstat apud Origenem contra Celsum I, p. 26: *ἐὰν δὲ καὶ τῶν φυσιογνωμονούντων κρατῇ, εἴτε Ζωπύρου εἴτε Λόξου εἴτε Πολέμωνος κ. τ. λ.* frequentemque ejus mentionem fieri apud Michaelem Scotum aliosque medii aevi physiognomones tradit Füllebornius in Beitr. zur Gesch. der Philosophie St. VIII, p. 109, sed ut sibi nihil praeterea de eo constare addat; nec quae hic leguntur plus quam excerpta continere primis statim verbis apparet: *Ex tribus auctoritatibus quas prae manu habui loxi medici aristotelis philosophi polemonis declamatoris qui de phisonomia scripsere ea elegi quae ad propriam institutionem hujus rei pertinent et quae facilius intelliguntur* etc. unde etiam in fine adscriptum legitur: *Explicit phisonomia loxi medici aristotelis philosophi.* Ceterum notabile est compilatorem nostrum Polemonem physiognomicorum scriptorem eundem cum declamatore facere eoque pacto Passovii sententiam confirmare, qui in Seebodii Tabulario (Archiv für Philologie und Pädagogik 1825) T. II, p. 7 — 9 non distinguendum esse utrumque contra Fabricium (Bibl. Gr. T. IV, p. 2 Harl.) et Franzium (ad Scriptt. Physiogn. veteres, Altenb. 1780. 8, p. xv sq.) evicit. — De Secundo philosopho Hadriani aequali ejusque silentio fabuloso et sententiis quae circumferebantur cf. Vincent. Bellov. Spec. Histor. X. 71, Barthii Adversaria XV. 17, p. 816, et Orellium in Opuscc. Graecc. vett. sententiosis et moralibus T. I. (Lips. 1819. 8) p. 208 sqq. — Didimi vel potius Dindimi epistolas subditicias esse vix est quod moneam; cf. Fabric. Bibl. Gr. T. III, p. 35 Harl., qui eundem hunc esse monet cum Abdami Brachmano apud Syncellum p. 261 ed. Goar. nec dubitari potest quin Dandamis quoque apud Plutarchum V. Alexandri c. 65 ejusdem nominis vestigia referat. — Timaei denique interpretatio latina desinit in pag. 53 B ed. Steph., finem tamen ibi fieri voluisse librarium declarat subscriptio: *Explicit Tymaeus platonis.*

*B.* 4. Codex membranaceus saec. XIV foliorum CXXI formae duodenariae A. M. — Continet *breviare magistri girardi de infirmitatibus secundum viaticum* et alia nonnulla extremis foliis ob fugam vacui adscripta.

**Inc.** ***Magister Girardus professione philosophus rogatus parisiis quod ab antecessoribus neglectum fuerat supplens exponere dignum ducit salermotanorum*** **(sic)** ***et montispessulanorum experimenta*** **etc. Est commentarius ad Constantini librum, quem in proximo codice inveniemus cujusque etiam partes in prooemio sic describit:** ***principaliter opus in septem volumina distinguitur. primum est de passionibus cranei ratione capitis super oculos existentis. Incipit a passionibus capillorum procedens ad passiones cranei et omnium venticulorum cerebri. In secundo describit morbos faciei et incipit ab oculis usque ad epiglotum. In tertio de morbis membrorum spiritualium et determinatur ad diafragma. In quarto describit morbos cibariorum quantum ad primam digestionem usque ad omnia intestina. In Vto de morbis epatis et ipsi deseruientium sive splenis renum et uesice. In sexto de morbis membrorum generatiuorum. In septimo de morbis vniuersis infectionibus nocumentis externis occurrentibus*** **etc. Girardum tamen illum quis fuerit non inveni nec typis expressum librum exstare arbitror, quamquam alios ejusdem codices latere declarant quae recentior manus ad fol. 113 adscripsit:** ***Multa hic alia sequuntur in Anglico,*** **estque fortasse idem cum Magistro Giraldo, cujus practicam Ms. ex Bibliotheca Roostgaardiana commemorat Fabricius Bibl. Gr. T. XIII, p. 171. Totius codicis extrema haec sunt:** ***quaedam in ipso cibo ad confirmandam digestionem, vt sal marcelli et sacerdotale quaedam vero post cibum vt dia aconitum*** **(?)**

*B*. 5. Codex chartaceus saec. XIV per columnas scriptus foliorum XCVI formae maximae. — Continet *Viaticum a Constantino in linguam latinam translatum* et in extremis tribus foliis quaestiones varias de rebus medicis, quarum prima inscribitur *Questio M. Angeli.* In fine mutilus est.

Fol. 1: *Incipit prologus super viaticum* etc. De Constantino Africano, medico saeculi XI, cf. Sprengelium l. c. T. II, p. 400 et Fabricii Bibliothecam Graecam T. XIII, p. 123 sqq. Plerosque ejus libros ex Arabico sermones translatos esse annotarunt Hallerus l. c. T. I, p. 426 et Choulantus p. 135; ipsius autem Viatici auctorem Abu-Dschafarem Achmedem Ben-Ibrahim indicavit Reiskius ad Synesium de febribus ex edit. Bernardi (Amstel. 1749. 8), ubi etiam septima libri pars repetita est; integer prodiit ad calcem Rhazis Lugd. apud Vincentium de Portonariis 1510. 8, cf. et Hallerum l. c. T. I, p. 393. Ceterum notabilis est subscriptio fol. 93 a: *Explicit viaticus Constantini finitus anno domini* M° CCC° XXVII° *nono kalendas novembres Indictione XI*, quae si ipsius codicis aetatem declararet, satis antiquum chartae linteae usum probaret; videndum tamen, ne incautus librarius, quod saepe factum esse constat, anni notam ex archetypo in suum exemplar transtulerit; cf. Wehrs vom Papier p. 213.

*B*. 6. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCXXXVI signatorum formae quadratae A. M. — Continet praeter alia nonnulla *a*) antidotarium Mesue, *b*) Johannis de Sancto Paulo librum de conferentibus et nocentibus diversis membris, *c*) Guidonem de vulneribus, *d*) librum de omnibus medicinis, *e*) antidotarium Nicolai.

Fol. 1: *Incipit tabula hujus libri de qualibet materia et primo Incipit tabula antidotarii mesue et primo de electuariis* (quae?) *in quolibet folio continentur secundum ordinem foliorum* etc. Post hunc indicem liber ipse incipit fol. 11: *Scripsimus in libris explanacionum nostrarum* etc. Fol. 106 b: *finem hujus grabadini accippit locus iste quare gratias omnium largitori bonorum referimus qui auxilliatur nostris laboribus et statuit lumen in tenebris et laborem in quiete Explicit antidotarius mesue per me Johannem minner anno domini 1441 proxima feria 3ª ante aduentum.* Fol. 107: *De conferentibus et nocentibus diuersis membris et primo de conferentibus cerebro Conferunt cerebro fetida* etc. Fol. 127 b: *Explicit tractatus Johannis de Sancto Paulo Scripsit Melgeor de colonia Deo gracias In cristo Amen Anno domini melesimo Quadergintesimo Trigintesimo Quarto jn februario post Blaseus Incipit anonimus sinplex Alexander Idem angnus castus* etc. Fol. 129: *Tractatus de vulneribus Incipit formelarium auxiliorum appostematum et pustularum ordinatum parisiis per Gwidonem cyrugicum Magistrum in medicina in monte pesulani Anno domini* M° ccc° XL° *etc. Quoniam secundum doctrinam Galieni* etc. Fol. 152 b: *Explicit tractatus mirabilis curacionum omnium uulnerum de capite usque ad pedes omnium membrorum tam interiorum quam exteriorum Scriptum uel datum parisiis et est Scriptum per me johannem minner appotecarium anno domini 1442° dominica 2ª post pascam* (pascha) etc. Sequuntur varia posterius ut videtur folio vacuo inscripta; deinde fol. 154: *incipit liber de omnibus medicinis tam internis quam externis primo succus lappacy* (lapathi) *acuti dulciffcat omne metallum* etc. Fol. 174: *Incipit tractus* (l. tractatus) *de vrina tractus ab auicenna* etc. cum variis formulis medicis usque ad fol. 195, post quod sex folia excisa sunt. Denique fol. 202: *Incipit Antidota-*

*rius Nicolay Aurea alexandrina dicta a peritissimo medico Alexandro* etc.

De Masawaih Ben-Hamech sive Mesue juniore, medico Arabico saec. XII cf. Assemanni Biblioth. Orient. T. III, p. 504, Sprengelium l. c. T. II, p. 361 sqq. et Choulantum p. 168, cujus ipsa verba subjeci: »*Antidotarium s. Grabaddin medicaminum compositorum, von den zusammengesezten Arzneimitteln in zwölf Abschnitten; dieses Buch galt lange als wichtigster Kanon der Apothekerkunst. Die* 12 *Abschnitte handeln* 1) *de electuariis,* 2) *de opiatis,* 3) *de solutivis,* 4) *de conditis,* 5) *de speciebus loch,* 6) *de syrupo et root,* 7) *de decoctionibus,* 8) *de trochiscis,* 9) *de pillulis,* 10) *de suffuf et pulveribus,* 11) *de unguentis et emplastris,* 12) *de oleis.*« Eundem librum inveniemus in codice B. 13 typisque expressum habemus inter bibliothecae Academicae copias No. XI h C 925 c una cum reliquis Mesue libris et Antidotario Nicolai itemque Summula Jacobi de Partibus per alphabetum super plurimis remediis ex antidotario ipsius Mesue excerptis, Lugduni per Gilbertum de Villiers 1511. 8. — Johannes de Sancto Paulo est Platearius, de quo infra, cf. Fabric. Bibl. Lat. Med. Aevi T. IV, p. 888; librum de vulneribus suspicor esse Guidonis de Cauliaco Gabalensis Arverni *(Guy de Chauliac de Gevaudan en Auvergne)*, Clementis VI et Urbani V archiatri, quem primum Chirurgiam in scientiae formam redegisse tradit Wachlerus (Gesch. d. Literatur T. II, p. 416); plura dabit Sprengelius l. c. p. 511 sqq. — De Nicolao Praeposito Antidotarii scriptore et Johanne Plateario Salernitano ejus interprete cf. Hallerum l. c. T. I, p. 325 et 432 itemque Sprengelium T. II, p. 404; duo alia ejusdem libri exemplaria exstant in codd. nostris B. 15 et 16.

*B.* 7ª Codex chartaceus saec. XV foliorum LXXXIX sive sexternionum VIII signatorum formae quadratae A. M. — Con-

tinet epitomen Aegidii de urinis et de pulsu aliosque prognostici sive semiotici argumenti libellos.

Fol. 1: *Hic incipit liber vrinarum parisiensis et primo de coloribus omnium Iste quatuor vrine significant excessum digestionis* etc. Fol. 9 b: *Incipit 2dus liber de vrina collectus per venerabiles doctores artis medicine sub breui stilo comprehensus et magne experiencie* etc. Fol. 16: *Primus magistrorum yppocras docuit pronosticare* etc. Fol. 30: *et sic finit iste liber pronosticorum* (?) *Incipit tractatus de pulsu Pulsus est nuncius qui non mentitur punctaque occulta reserat motibus* etc. In fine fol. 31 a: *quum ille motus procedat ab anima nostra.* Eodem folio verso: *Circa materiam vrinarum notandum est* etc. Fol. 78: *(C) yrurgia est scientia docens modum et qualitatem operandi principaliter consolidando incidendo et alias operationes manuum exercendo sanans homines secundum ut est possibile* etc. In fine fol. 85 a: *Explicit.* Deinde eodem verso: *Incipiamus de coloribus attestantibus indigestionem* etc. In fine totius libri fol. 89 a: *Explicit compendium Egidy de vrinis ipsa die pelay* (Pelagii) *per me johannem minner pigmentarium anno domini* 1480. De Johanne Aegidio Corbeliensi monacho Benedictino et Philippi Augusti Galliarum regis archiatro cf. Fabricii Bibl. Lat. Med. Aetatis T. I, p. 52 et Sprengelium T. II, p. 405.

*B.* 7[b] (priori affixus) Codex chartaceus saec. XV foliorum CXXII sive sexternionum X signatorum formae quadratae A. M. — Continet *a*) librum de febribus et morbis acutis et *b*) regimen sanitatis sive lilium medicinae cum aliis nonnullis vacivae chartae inscriptis.

**Incipit:** ***Febris est calor innaturalis mutatus in igneum*** **etc. In fine fol. 59 b:** ***Incipit liber de regimine sanitatis.*** **Fol. 60: . . . . . *de regimine sanitatis longiorem intendamus edere tractatum* etc. In fine fol. 120 a: *Explicit lilyum medicine scriptum per me Johannem Minner Appotekarium anno domini 1442° XIIII die february Expletus est liber benedictus deus in secula seculorum.* Principium libri adscripsi, ne quis eum confundat cum regimine sanitatis Salernitano heroicis versibus conscripto, quod et ipsum *flos medicine* vocatur in antiquissima editione Lovaniensi, quam commemorat Choulantus l. c. p. 136: Minneri autem nomen, quem et hunc et antecedentes duos codices scripsisse videmus, etiam in alio codice bibliothecae nostrae germanico exstat, cujus hoc est initium: *Hie vacht an das Buch von merteil aller simplicia So man in den appenteggen Brucht es seyn welcherley das ist Sin eygenschaft vnd was darzu gehört als das vssgezo ist vss den Büchern dess almansoris Auicenne galieni vnd Ypokratis vnd vil ander meister* etc., finis autem hic: *Explicit liber et synonima symonis Januensis wulgaritatus* (vulgarizatus) *per me johannem minner appotekarium die XVI mensis decembris anno lxxvjiij°* — Quae praeterea nostro codici adjecta sunt, in folio 120 b sic incipiunt: *Optimum vnguentum ad tineam capitis* etc. quibus absolutis in fol. 121 b sequitur principium glossarii: *Aurum est calidum et siccum in primo gradu* etc. In fine: *Buglossa i. e. lingua bovis.***

***B.* 8.** Codex chartaceus saec. XV foliorum XCVIII formae maximae A. M. — Continet *a*) Macrum de virtutibus herbarum, *b*) proprietates mensium, *c*) herbarium tum Germanicum tum Latinum, *d*) regimen pestilentiae etc.

**De carmine Macri Floridi, saeculi X foetu, quem perperam olim Aemilio Macro Ovidii aequali (cf. Wernsdorf ad Poet. Lat. Min. T. IV,**

p. 379, Henrichsen de carm. Cypr. p. 98, Osann ad Appul. de Orthogr. p. 55) nonnulli tribuerunt, cf. Fabric. Bibl. Lat. T. III, p. 443 et Choulantum l. c. p. 129, qui etiam praestantissimam ejus editionem curavit hoc titulo: Macer Floridus de viribus herbarum una cum Walafr. Strabonis, Ottonis Cremonensis, et J. Folcz carminibus similis argumenti, quae secundum codd. Mss. et vett. editt. recensuit, supplevit et adnotatione critica instruxit L. Choulant. Acc. anonymi carmen graecum de herbis, quod e cod. Vindob. auxit et cum God. Hermanni suisque emendationibus edidit J. Sillig. Lips. 1833. 8. Nostro in codice sic incipit: *Macer de virtutibus herbarum Capitulum primum de arthemesia Herbarum vires dicturus carmine quasdam* etc. In fine fol. 52 a: *Explicit Macer Deo gratias Amen.* Fol. 53: *Medicine artis auctor ac repertor apud grecos perhibetur appollo* etc. Deinde: *Ad dolorem dentium: Et si multivagi quaciuntur turbine dentes* etc. et aliae medicinae versibus hexametris conceptae usque ad fol. 55 b, ubi post hos versus:

*Feniculum rosa celidonia ruta verbena*
*Ex hys fiat aqua que lumina reddat acuta,*

sequitur: *Hic incipiunt proprietates mensium Primo diffinit magister Alexander Eggius phisicus primum mensem videlicet Januarium* etc. Mox fol. 59 b: *Buggel ist ein gut krut zu vil dingen* etc. Fol. 74 b: *Regimen pestilencie Scribit Johannes oris aureati In libro suo de appropriatis* (hoc est Mesue in practica medicinarum particularium; cf. Choulant p. 169) *sanat solus languores deus et de frugalitatis solio produxit in largitate sua medicinam* etc. In fine fol. 82 b: *a quo dominus Jesus Christus filius dei viui* (qui?) *neminem vult perire verum omnes saluos fieri custodiat protegat atque defendat Amen etc.* Deinceps fol. 85: *Artemesia Buggel ist ein krut zu menger hand gut* etc. cum glossario alphabetico inde a fol. 88 usque ad fol. 93 a, ubi

variae formulae medicae sequuntur; in fine autem totius codicis haec legimus: *finitus est liber iste per me Johannem Magerlin cappellanum monasterii abbatie thunensis In vigilia Sancti Mathei apostoli et Evangelistae anno* LII°, quem ne quis annum 1552 esse putet, praeter universam codicis indolem comparet subscriptionem ejus, cujus in nota ad proxime antecedentem mentionem feci; ibi enim pariter omissa saeculi notatione septuagesimus nonus dicitur, quem 1479 esse scriptoris nomen luculentissime evincit.

*B.* 9. Codex chartaceus saec. XV foliorum LVI formae solita majoris A. M. — Continet *medicinale utile et bonum*, cui praefixae sunt tabulae duae typographicae ab *Alexandro Sitz artium et medicinae doctore ex Marppach physico in Monaco Andreae Fulconi* inscriptae et *Landishuti per Joannem Weyssenburger* impressae, in fine autem accedunt theses a *Joanne Camutio* propositae Paviae a. 1539 et 1540 tabulaeque sex *Leonardi Fuchsii ex Galeno* typis excusae, manuscriptae denique formulae medicae per folia VII, quorum primo ab alia manu inscriptum est: *ex albucasi sequentia*, secundo autem: *videntur esse ex antidotario nicolai majori.*

De auctore libri quoniam non habeo quod dicam, principium ejus paullo fusius exscriptum subjeci, ut facilius de ejus indole judicari possit: *In nomine domini cuius bonitate vobis karissimis sociis et scolaribus meis debitor sum ad erudiendum moribus et scientiis quia prius vobis tradidi compendium moralium in quo continentur sententie philosophorum et theologorum atque vobis tradidi breuiter sententias arestotilis philosophie et paruorum naturalium Nunc consequenter secundum promissionem vobis a me factam volo impartiri utiliora et meliora artis medicine cum experimentis et secretis que aut quas ma-*

*jores medici et philosophi habuerunt Ipsoque adiuuante me in cuius nomine hoc opus ingrediar. Capitulum primum de vtilitate medicine et de quibus considerandus est de medicinis* etc. Fol. 4 b sequitur *Tractatus 2us de egritudine de causisque egritudinis*; fol. 35 *Tractatus tercius de curacione singulorum morborum in speciali* etc. In fine fol. 56 a: *Explicit medicinale vtile et bonum finitum Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto et finitus est iste liber feria quinta in vigilia apostulorum philippi et jacobi.* Eodem folio verso leguntur versus heroici septendecim, quorum primus: *Collige triticeis medicine pondera granis* etc. ultimus: *Tunc cathaplasma facis cum succum ponis ad herbam*; cf. infra cod. B. 15.

***B.* 10.** Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CXIII et XXIII vacuorum formae maximae A. M. — Continet a) librum chirurgicum de ulceribus et vulneribus, b) tractatum anonymum *de digestione cujuslibet humoris peccantis*, c) remedia sterilitatis muliebris, d) *Petri de Tusignano recepta*, e) *tractatum de clysteribus.*

Inc. *flegmon capitur duobus modis* etc. In fine fol. 69: *finis hujus Cyrurgie per me Rudolfus Kilchmatter de thurego* (Thurgavia?) *padue* 1461. 6. *die februarii.* Mox secundi libelli initium hoc est: *Rogavit me amicorum intimus magister marcus de sancto bassiano de cremonia vt sui amore nec non maioris partis totius vniuersitatis scolarium medicine felicis studii papie* (Paviae) *de digestione cuiuslibet humoris peccantis* etc., tertii autem in fol. 73 hoc: *Ex collectis vobiscumque pertractatis Reuerende domine concipio dominam vestram multum ineptam esse ad conceptionem* etc., quorum etsi auctorem

ignoro, utriusque tamen eundem esse vel inde colligo, quia in alio codice B. 14 pariter inter se conjuncti inveniuntur. — Petri de Tussignana Recepta intra annos 1483 et 1533 aliquoties typis excusa esse tradit Hallerus l. l. T. I, p. 458, praeterea neque ipsi nec Sprengelio T. II, p. 532 multum de eo constare videtur. Principium ejus nostro in codice hoc est in fol. 76: *Incipit Petrus Tusinianus super nono Almansoris* etc., finis autem fol. 112 a: *Et sic est finis receptorum magistri Petri de Tusignano secundum ordinem capitulorum noni Almansoris Deo gratias etc. Nomen scriptoris Saluet deus omnibus horis. Amen. Et finis est 9. die Julii anno domini nostri Jesu Christi* 1461. Postremo in folio penultimo verso: *Tractatus de clisteribus* etc. et in fine totius codicis: *Deo semper gratias. Amen.*

*B.* 11. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCXXVI formae maximae A. M. — Libellorum, quos continet, argumenta descriptio quam subjeci declarabit.

Fol. 1: *Incipit hic tractatus aque vite cum suis speciebus et ipsarum affectibus seu virtutibus.* Fol. 14 b: *Incipiunt receptae de conseruatione sanitatis corporis humani* etc. In fine fol. 22 a: *Explicit Regimen conseruationis sanitatis humani corporis Abolay Auenzoar.* Mox ibidem: *De accidentibus rectitudinem cure diuertentibus* etc. In fine fol. 72: *Expliciunt diuersa capita de diuersis doloribus et rarissimis receptis que uix alias reperiuntur.* 1467. *Deo soli.* Deinceps fol. 73: *Partes corporis humani principaliter create sunt ut dicit aristoteles et posite secundum situm totius mundi* etc. In fine fol. 116: *Explicit tractatus ille quidam qui valde acuratus atque notabilis mihi visus de partibus humani corporis totalibus et earundem curationibus.* Sequuntur variae observationes, quarum unam exempli gratia adscripsi: *Notabile rarum: si*

*hominem videris subito in cadendo uel in claudendo oculos vel evertendo ad subitaneam mortem disponi aurem ei statim incide uel perfora sicut solet fieri ovibus sy vero uel tempus est illi venas minuas medianas. Taliter enim accidit mors frequenter ex repletione subita et ascensione humorum que congregantur circa cor et animal suffocatur inprovise etc. Explicit bene etc.* Deinde folio 119: *Incipit Cirurgia magistri Lefrardi mediolanensis experientissimi* etc. In fine fol. 136 a: *Deo soli.* Eodem verso: *Incipit antidotarium cyrurgicorum etc.* Fol. 141: *Incipit tractatus magistri Rogerii parisiensis in cyrurgia vel ut quidam uolt compositum a Gallieno* (Galeno) *etc.* In fine: *Explicit bene 1467.* Fol. 182: *Johannes Abbas filius Constantini ponit in pratica sua quam librum aureum appellauit hec anthidota Primo de yera pigra* (*ἱερὰ πικρά*) *quam sic ponit* etc., quibus absolutis in folio 190 b sequitur index hoc titulo: *notandum pro quibus prescripta anthidota morbis sint approximanda* etc. Denique fol. 192: *liber 28 libri seruitoris nibethetif benabes azeriti translatus a simone ianuensi interpretatione abraham Judei tortuosiensis;* in fine autem totius libri: *deinde dimitte furnum infrigidari et quando erit infrigidatus detege vas et frange parapsidem et aufer salem armoniacum ab ea cum facilitate et serua etc. Explicit liber 1468.*

Primo libello ab alia manu adscriptum est in fol. 5 b: *Explicit tractatus de aqua vitae, cujus (ut opinor) Sauanarola author est;* scilicet non famosus ille theologus Hieronymus, sed Michael Savonarola medicus, de quo vide Sprengelium T. II, p. 542, cujusque librum *de arte conficiendi aquam vitae simplicem et compositam deque ejus vi admirabili ad conservandam sanitatem et corporis humani aegritudines curandas* Hagenoae 1533 et Basileae 1597 prodiisse testatur Hallerus T. I, p. 461; idemne sit an alius, quum neutra illarum editionum ad manus sit, dijudicare nequeo. — De Avenzoaris libro

*Teisir* sive *rectificatione regiminis* accurate egerunt Sprengelius T. II, p. 371 et Choulantus p. 173; videndum tamen ne nostra *Recepta* potius sint filii ejus, quem et ipsum libros V de sanitatis regimine reliquisse Hallerus T. I, p. 397 tradit; *Abolay* enim nomen, quo alias etiam Avicenna insigniri solet, corruptum est ex Arabico *Abu-Ali*, quo revera filius usus esse fertur, quum pater pleno nomine Abu-Mervan Ebn-Zohar appellaretur; cf. et Mangeti Bibl. scriptt. medicorum T. I, p. 2. — Duorum chirurgiae auctorum, quorum opera in hoc volumine exstant, priorem Lefrardum in codicis involucro adscriptum est *alias Lanfranci* nomen gerere, quem indidem Mediolanensem magnam inter chirurgos saec. XIII famam habuisse docent Hallerus in Bibl. Chirurg. T. I, p. 149 et Sprengelius T. II, p. 470 sqq.; de altero Rogerio Parmensi potius quam Parisiensi, Academiae Montispessulanensis Cancellario, cf. eosdem T. I, p. 144 et T. II, p. 468. — Johannes Abbas, antidotarii scriptor, haud scio an idem sit cum Johanne a Sancto Amando, Canonico Turnacensi, cujus commentarium in Nicolai Antidotarium commemorat Sprengelius l. c. T. II, p. 465; singulorum antidotorum titulos, si quis comparare velit, subjeci: *yera pigra, de Theodoricho nostro, de Trifera nostra, de pillulis cocie, de pillulis auree, pillule de Euforbia, de pillulis Johannis Damasceni, de planca, de benedicta potione* etc. — Ultimi libri, qui in tegmine codicis appellatur *liber praeparationum servitoris chyrographatus*, principium hoc est: *Dixit aggregator huius operis postquam collegi librum hunc magnum in medicinis compositis qui est liber magni iuuamenti quem nominaui librum seruitorem et compleui libros suos omnes secundum voluntatem méam Inveni in multis ex medicinis compositis libri huius medicinalis multas simplices quae indigent praeparatione* etc., unde apparet hunc librum quasi appendicem magni alicujus operis fuisse, cujus tamen reliquae partes perierunt; quae exstant, plerumque

sub Albucasis nomine in antiquis Mesue editionibus inveniuntur, cf. Beckmanni Beiträge zur Gesch. d. Erfind. T. V, p. 275, quanquam recte hoc fieri negat Choulantus l. c. p. 168, videantque literarum arabicarum periti, ecquid vestigii ejus nominis *Chalaf Ebn-Abbas Abu'l-kasem Alzahravi* in nostri codicis praescriptione inveniant. De Simone Januensi ejus interprete inferius ad B 14 pluribus agetur; Abrahami autem Judaei Tortuosiensis opera idem in aliis quoque interpretandis usus est, ut in Serapionum libris, de quibus cf. Choulantus l. c. p. 151 et 165.

*B.* 12. Codex chartaceus saec. XV foliorum LX formae duoden. A. M. — Continet *a*) Johannis de Rupe scissa Thesaurum orbis universi, *b*) Rogerii Baconis opus de aqua vitae, *c*) tractatum de figuris planetarum, *d*) regimen tempore pestilentiae etc.

Joannes de Rupe scissa ordinis minorum provinciae Aquitaniae, philosophus et alchimista saec. XIV, de quo cf. Fabricius Bibl. M. A. T. III, p. 366 sqq.; iterum cum Bacone commemoratur inferius cod. B. 17, ubi omnino aptior de iis agendi locus erit, nunc singulorum librorum initia finesque descripsisse sufficiet. Fol. 1 suprascriptum est: *Incipit thesaurus orbis universi compositus per joannem de rupe scissa ordinis minorum de quo varia in fasciculo ipsius et cronicarum supplemento*; post quae ipsius libri principium hoc sequitur: *de rebus in primo gradu siccis scientia ad extrahendum 5tam essentiam a rebus siccis in primo gradu etc.*, in fine autem fol. 29: *Explicit thesaurus orbis uniuersi cui non est par compositus per fratrem Johannem de rupe scissa fratrem minorem et scriptus per fratrem Johannem Galle ordinis eiusdem.* Eodem folio verso: *Incipiunt virtutes aque vite vel ardentis quae sunt LXXVII vt dicit Mandor qui primo dictam aquam invenit* etc., quibus a recentiori manu suprascriptum est: *Rogerii Ba-*

*chonis opus hoc est ut ex sequentibus prodit sc. titulo ab hoc secundo.* In fine fol. 39 a: *aqua vite debet esse clara sicut aqua limpidissimà.* Deinde sequuntur folia novem et dimidium vacua; post quae fol. 49: *Antiqui philosophi in 7 figuris sequentibus occultauerunt 7 nomina gloriosa dei domini nostri accepta secundum proprietatem planetarum* etc. In fine fol. 52 a: *haec et multa alia fient per figuras planetarum.* Fol. 53: *Ad honorem sancte et indiuidue trinitatis et virginis gloriose et ad utilitatem reipublice conservationis sanorum et pro reformatione lapsorum vel infirmorum volo aliqua de pestilentia scribere* etc. In fine fol. 59 a: *Amen die sancti benedicti collegi tractatum illum de pestilentia Anno domini 1479*; reliquis paginis sex continentur nomina et notae numerorum latinae et arabicae.

*B.* 13. Codex chartaceus saec. XV a diversis manibus partim per columnas scriptus foliorum CXVII et nonnullorum vacuorum formae maximae. — Continet praeter formulas nonnullas alchimicas et medicas et vocabularium herbarum imprimis *a*) Rogeri Chirurgiam, *b*) Mesue librum de consolatione medicinarum simplicium et *c*) ejusdem Antidotarium s. Grabadin cum Practica medicinarum particularium etc.

Incipit: *Hienach stat zu vermercken nach einandren wie man Sich halten sol in disser zit wider die Pestilentz* etc. Fol. 10: *Artemisia bibus'* etc. Fol. 14: *Magister Aichodianus viam artis archane veram inveni et in omnibus examinationibus et probationibus stabilem ad conficiendum aurum et argentum* etc. Fol. 15: *Incipit Cirurgia Rogeri* verbis *Post mundi fabricam* etc. per folia XX signata, quorum in primo verso ipsum libri principium sequitur hoc indice: *Quibus modis caput volneratur Caput volnerari diversis modis con-*

*tingit* etc., unde simul apparebit comparantibus hanc Chirurgiam ab ea quam in codice B. 11 ejusdem Rogeri nomine insignitam vidimus prorsus diversam esse. In fine adjectum est sigillum phlebotomicum et nonnulla astrologica usque ad fol. 41; deinde sequntur folia signata XLVI, quanquam turbato aliquantisper ordine et foliis XXVIII — XXXI bis apparentibus, quibus continetur liber Mesue de consolatione et inde a fol. 68 Antidotarium, de quo jam ad cod. B. 6 Choulanti verba attulimus; de altero idem ibidem ita disserit: »*de medicinis laxativis (solutivis, purgativis) über die abführenden Arzneimittel, besteht aus einem allgemeinen Theile: Canones generales de eligendis et corrigendis medicamentis laxativis, und einem besondern, der in 54 Capiteln einzelne Arzneimittel abhandelt . . . Häufig kommt dieses Buch auch unter dem Titel: de simplicibus oder de consolatione simplicium vor, wo dann consolatio soviel als correctio, Milderung der schädlichen Eigenschaften heisst.*« In nostro codice praescriptum est: *Incipit liber de consolatione medicinarum simplicium quem fecit Johannes Mesue filius amech filii aly ab della regis damasci In nomine dei misericordis cuius metu sermo recipit gratiam et doctrine perfectionem* etc.; Antidotario autem absoluto in fol. 90 b sequitur tertius Mesue liber sive Practica, quam etiam secundam partem Grabadini haberi docet Choulantus l. c. p. 169, hac praescriptione: *Incipit practica Johannis Mesue filii hamech filii aly abdella regis damasci In nomine dei misericordis Johannis Nazareni filii mesuhe grabadin medicinarum particularium incipit qui est grabadin sufficientie medici et perfectionum Inquit Johannes mesue Prologus Sanat solus languores deus* etc. In fine fol. 112 a: *processit egritudo*; reliquis foliis a manu recentiori pauca alchimistica adjecta sunt, multo pluribus vacuis relictis.

*B.* 14. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCXVI partim per quinterniones partim per sexterniones signatorum usque ad XXIX, quorum tamen primus deest, formae maximae A. M. — Quae contineat, in schedula praefixa ab alia manu sic perscripta leguntur: *Liber medicinalis generalis a Johanne . . . . . quum collectus quum scriptus: in quo quidem continentur Synonima Symonis Januensis; Aut satius mundini de foro. Item egregium consilium ad quandam ut conciperet, Item expositiones in techni* (sic) *Galeni et aphorismos Hippocratis, Item fragmenta ex Serapione, Item de aliquibus radicibus ex Aristotele. et Dioscoride Item fragmenta de vrinis;* ordo tamen non semper idem servatur, formulisque medicis aliisque excerptis interpositis passim turbatur.

Principium integro sexternione privatum esse dixi; incipit: *Item suppositoris que possunt durari per annum* etc.; omnino autem usque ad fol. 96 omnia satis confusam speciem praebent, formularum medicarum congerie majoribus nonnullis libellis intermixta, quorum primus fol. 34 sic incipit: *De Medicina Medicina est scientia curationum ad temperamentum corporum vel ad salutem in venta* etc., duo sequentes autem sunt quos superius quoque in codice B 10 conjunctos deprehendimus, alter a fol. 56 de digestione humoris peccantis, cujus hic principium est: *incipit epistola et regimen*, alter a fol. 67 de remediis sterilitatis; quartus denique a fol. 77 usque ad 82 a, ubi primum latine, deinde germanice medicamentorum vires et nomina enarrantur: *Benedicta dicitur quia ab omnibus a quibus accipitur benedicunt propter suum effectum* etc. et in extremis: *Der granat vnd der Ratt ochand die sint allein beyde sampt, der krefte ist nicht ze vil, wo als ich üch sagen wil, der vor dem gerichte gat, dem*

*fromet er ob er jn by jm hat.* A fol. 97 demum majores libri incipiunt, et primum quidem excerpta Galeni cum glossa, quorum hoc principium est: *Textus Galieni Jam Galienus ostendit totumquod necessarium est scire in regimine sanitatis de coytu: Textus Et quoniam mocio quidem et indigencia et vigilia et omnes nostre passiones exsiccat corpus Glosa quia exemplum est quod motus et minoratio cibi et potus et vigilie et euacuatio et accidentia anime exsiccant corpus* etc., deinceps autem a fol. 114 b Simonis Genuensis, canonici Rothomagensis et Nicolai IV pontificis cappellani et medici, Synonyma in epitomen redacta a Mundino Forojuliensi, quem perperam Foroliviensem appellari apud Sprengelium T. II, p. 487 ex ipsius nostri codicis praescriptione apparet: *Quoniam nichil carius et amicabilius antiquis fuit quam breuissime loqui secundum galieni doctrinam Ato terapeutice facultatis ideo ego mundinus de foro ciuitate july in studio patanimo* (Patavino) *nomina medicinalium per exspositionem ad quandam breuitatem reducere laboraui quae diffuse tractauerat Symon Januensis qui in praedys fideliter laborauit plura autem addidi vocabula exsponenda et tunc specialiter pondera et condimenta ciborum de contentis nullum in synonimis Symonis praetermittentes* etc. De Simone ipso plura dabit Sprengelius T. II, p. 462 et 490, qui maximum ejus meritum in eo ponit, quod turbas ex arabicorum nominum varietate ortas tollere studuerit ipseque ad cognoscendas plantas veteribus notas Graeciam et Orientem permigraverit; Synonymorum interpretationem germanicam superius ad cod. B. 7$^b$ commemoravimus; alios eorundem codices recenset Montfaucon in Biblioth. Biblioth. Mss. T. I, p. 383, nec Mundini Synonyma latuerunt Fabricium Bibl. Gr. T. XIII, p. 343, qui Joannem Georgium Schenckium Bibliothecae iatricae scriptorem ea Mss. habuisse narrat. In fine fol. 232 b: *Alie exposiciones nominum arabicorum secundum librum auicenne et almansoris.* Mox fol. 233: *Britta radex*

*vel radech duplex est de ea domestica et siluestris seu agrestis* etc. In fine fol. 290 a: *et expellit eas galienus in libro de dietis appud domesticum est magis conueniens stomacho alys speciebus.* Eodem folio verso: *Ossa coxarum boum combusta et bibita curant fluxum sanguinis et menstrua restringunt* etc. Fol. 304 b: *Liber de vrinis Iste quatuor vrine signiffocant excessum digestionis primus Subrubicundus color vrine vt crocus orientalis* etc., quem eundem librum jam superius in codice B 7ª cognovimus. In fine fol. 308 a: *Media Regio incipit et terminatur in infima et durat usque ad circulum*; deinde post tria folia vacua sequitur in fol. 312 *Experimentum pro auribus et defectione auditus*, fol. 313 autem: *Ex pauperie mei Ingenioli aliqua proplemata sum collecturus* etc. In fine fol. 314 a: (Q) *uare mulieres non calue fiunt Respondetur quia in eis est deffectus caliditatis finium* (?) *eleuantur et resoluentur vtpote in quibusdam viris effeminatis qui sunt in berbes propter eandem causam et complexionem muliebrem.*

*B.* 15. Codex chartaceus saec. XV foliorum LXXXIII formae quadratae. — Continet *a*) Nicolai antidotarium et *b*) medicaminum nomina et explicationes alphabetico ordine dispositas formulasque medicas a variis manibus adscriptas.

Inc. *Specierum cognitio est moralis seu qualitatis, quantitatis, temporis, ordinis* etc., verum tamen libri principium in altera demum primi folii pagina legitur: *Ego nycolaus rogatus a quibusdam in pratica medicine studentibus* etc., ipsiusque operis initium est in fol. 2: *Aurea Alexandrina dicta est ab auro* etc.; cf. sup. cod. B 6, ubi etiam de Plateario ejus interprete dictum est, quem spectat quod in fine nostri codicis fol. 40 legitur: *Explicit antidotarius Nycolai qui dicitur platearius.* Antidotarium statim sequuntur heroici versus simi-

les illis, quos superius ex cod. B 9 extr. commemoravi, sed quatuordecim tantum numero, quorum primos tres subjeci:

*Audi letando quod dicam versificando*
*collige triticeis medicine pondera granis*
*grana quater quinque scrupuli pro pondere sume* etc.;

deinde fol. 41 medicamentorum enumeratio incipit: *Agrestis qui alio nomine dicititur lanbrusca* etc., eamque in fol. 65 b excipit glossarium latino-germanicum: *Artemesia bug* (gel) *Aloen edelholz Aurum golt* etc. usque ad fol. 78 b. In fine totius codicis: *fiat emplastrum pro vmbilico.*

***B.* 16.** Codex chartaceus saec. XV foliorum XL signatorum et LXIV non signatorum formae quadratae A. M. ex compluribus diversae aetatis libris conglutinatus, quorum prior continet Nicolai Antidotarium cum nonnullis formulis medicis in fine adjectis, alter Bertrucii Bononiensis Practicam aliasque formulas extremis foliis XXII a recentiori manu inscriptas.

Inc. *Assit in principio sancta maria meo.* Deinde: *Aurea Alexandrina* etc., ut superius B. 6 et 15. In fine fol. 47 a recentiori manu scriptum est: *Sequitur practica cum . . . . . . via Bertrucii Bononiensis,* quem librum utiliorem quam elegantiorem magna ex parte sequi medicos empiricos narrat Fabricius in Bibl. Gr. T. XIII, p. 102; plura de eo dabit Sprengelius T. II, p. 489. Initium libri deesse videtur pariterque extrema pagina prorsus evanuit: quae restant, incipiunt: *sudor criticus exuberans uel fluxus* etc. et desinunt in verbis: *oppilatio digestionem prohibet dum calorem mortifficat naturalem et discessum humorum per sua loca retardat digestionem* etc., quibus absolutis in fol. 83 sequitur: *Rec. testiculus juvenci qui sit interfectus*

*in nocte sancti johannis de mane ante ortus sit solus* (antequam ortus sit sol?) etc. In fine totius codicis: *Item für die bedy recept gift sy allweg VI th VIII sz.*

*B.* 17. Codex chartaceus saec. XV foliorum praeter indicem qui praecedit alphabeticum CCLXI signatorum formae quadratae A. M. — Continet libellos alchimisticos Geberi, Arnoldi de Villa nova, Rogerii Baconis et aliorum partim integros partim excerptos a Petro Holzreutero Mellingensi, qui totum codicem compilavit et disposuit.

In tegmine codicis inter alia haec scripta sunt: *Gaudeant alchimiste quoniam species rerum transmutari non possunt: distinguit petrus holtzruter de mellingen artium liberalium magister parisiensis et rector scholarum constanciensium . . . . . . aliam declarationem invenies ad longum in illo libro vel in alio meo libro alchimie* 1497; pauloque inferius: *Iste liber est magistri petri holtzruteri . . Quem bene correxit: et pariter vnum registrum magnis laboribus extraxit. Quapropter rogat et exhortatur eum ad cuius manus pervenerit quottidie vnum paternoster et aue maria devote pro anima eius orare dignetur non de jure sed ex fraterni amoris vinculo. Vale bene nunc et semper Sicut ipse valere cupit;* quibus deinde ab alia manu adjectum est: *Hunc librum ego Christophorus Clauderus Tigurinus emi a consorte filiaque praescripti petri holtzrüteri* 1526 *etc.* De ipsis disciplinae alchimisticae auctoribus, quorum nomina in hoc codice exstant, Arnoldo Villanovano, Gebero sive Dschefero Arabe, Rogerio Bacone Britanno, Alberto Magno, Johanne de Rupe scissa, Morieno Romano etc. quidquid sciri opus est, exhibet Olai Borrichii diss. de ortu et progressu chemiae in Mangeti Bibliotheca chemica curiosa (Genevae 1702. fol.) T. I, p. 41 sqq., ubi quod Rosarius Arnoldi distinguitur

a Rosario philosophorum, ex codice nostro eam confirmationem accepit, ut utrumque librum hic prorsus diversis verbis et argumento uno volumine comprehensum habeamus. Mira quidem sunt quae in ipso codicis principio leguntur: *Magister vitalis de villa noua in monte pessulano m ccc 16 petrus de villa noua et est rosarius philosophorum magistri arnoldi de noua villa;* librum ipsum autem ab eo qui v. c. in N. Taurelli editione operum Villanovani (Basileae 1585. fol.) *rosarius philosophorum* appellatur, prorsus alienum esse vel capitulorum inscriptiones docere possunt: fol. 1: *Capitulum primum ad sublimandos spiritus ut fixentur;* fol. 3: *Capitulum 2m de praeparatione vulgarium spirituum;* fol. 5: *Capitulum quartum de fixione spirituum;* fol. 6: *Capitulum quintum de praeparatione corporum metallorum ut* (h) *abiliores sint ad medicinam suscipiendam* etc. — Geberi scripta eorumque editiones solita cum diligentia illustravit Beckmannus in Symbolis (Beiträge zur Geschichte der Erfindungen T. V, p. 271); Baconis autem *speculum secretorum* num idem sit cum ejusdem *speculo alchymiae*, quod una cum aliis nostrae collectionis partibus saec. XVI identidem typis expressum est (cf. Mangeti Biblioth. Scriptt. Med. T. I, p. 147), decernere nequeo; manuscriptum certe eodem titulo in Angliae bibliothecis exstare testatur Oudinus de Scriptt. Eccles. antiqu. T. III, p. 193, ubi omnino de illius studiis alchymisticis pluribus disseritur. Reliquorum libellorum quem subjeci indicem sufficere arbitror; totius collectionis qualis indoles sit, ipsius librarii verba in fol. 130 b optime docebunt: *post istum tractatum vidi in quodam libro quod sequebatur quidam alter tractatus et incipiebat hec est praeparatio argenti vivi sulphuris arsenici et salis et nescio si erat de isto tractatu In alio vero libro erat post tractatum de praeparationibus et nescio similiter si est de illo tractatu quia in ipso sunt plures praeparationes vt videbis hic sed quia plura illius tractatus habebam dispersa per dis-*

*cursum istius voluminis Ideo volui hic scribere ad longum sed faciendo remissionem ad loca propria:* unde quum ne compilatori quidem codicis de singulorum aut origine aut nexu et ordine constitisse appareat, principia finesque descripsisse contentus auctoribus eorum anquirendis immorari inutile duxi.

Post Rosarium igitur in fol. 17 b sequitur: *Ex Geberis libro perfectionis metallorum principia naturalia prima operatio* etc. moxque fol. 29 b: *Secunda consideratio de principiis spirituum et corporum* etc. In fine fol. 46 a: *Explicit secundus liber Geberi perfectionis* cum corollario: *omnis res calcinata vertitur in cinerem, cinerem coniunge aque lixivium erit, lixivium congela erit sal, sal dissolutum oleum erit oleumque congelatum lapis Alibi igitur ex sales facto fit mercurius τελος τελος.* Eodem folio verso: *Liber Geberi de perfectione sive inuestigatione veritatis* Inc. *Quia ex quibus medicina elicitur in corporibus transmutandis habeat in se Primo terram subtilissimam in se et incombustibilem* etc. In fine fol. 52: *et salvant tincturam donec ingrediatur a combustione*; deinde *Testamentum Geberis de inuestigatione perfectionis artis* etc. usque ad fol. 55 a, ubi finitur verbis: *et consolidatur cum eis et signatur* et inc. *Liber Geberi de salibus fixum* etc. Fol. 57 b: *Liber Geberi fornacum Prima particula est de singulis operationum modis* etc. cum aliis ex eodem excerptis usque ad fol. 64, ubi inc. *Breuiarium Alkimie: Infirmitates metallorum ex defectu sunt depurationis et digestionis ipsorum* etc. Mox fol. 68 b: *De aliis mineralibus: Vtilitas salium est in purgationibus et ..... et solutionibus et coagulationibus et calcinationibus* etc. Fol. 71 b: *Morienus: Prima dispositio coitus 2a conceptio 3a pregnatio* etc. Fol. 73: *Alkimia galieni: Radices huius magisterii sunt sales qui mundificant penetrant et soluunt* etc. Fol. 78:

*Liber de preparationibus: Saturnus in altitudine sua est luna molle terreum* etc. In fine fol. 87: *fiet de denario puluis qui si proiciatur super argentum mutat 12 pondera argenti in aurum purum;* deinceps *liber Veneris* (fol. 88), *de mercurio* (fol. 96), *de arsenico* (fol. 97 b), *de spiritibus vegetabilibus et sensibilibus* (fol. 98) etc. — Fol. 107: *Arnoldi de villa nova rosarius* inc.: *In corporibus duplex est sulphureitas una in profunditate* etc. Fol. 122 b: *Johannis de rupe cissa ordinis minoris: Recipe salis petre et vitrioli romani ana libras II* etc. Fol. 225: *Andomarus ex gebero: Recipe lapidis albî noti optime a suo sulphure combustili purgati pro modo calcinationis jam facte* ℥j etc. Fol. 128 b: *De inspectione sanguinis* versus XXII:

*Sanguinis emissi de venis est regula talis*
*Si cruor est albus hominis quasi spuma repertus*
*Tussim designat pulmo dolore uacat* etc.

Fol. 129: *Incipit quidam tractatus alkimie In quo sunt XII capitula et loquitur de aquis rubificantibus ad elixir siue agentibus ipsius nomen ignoro et incipit sic He etc. Rogerius Bacon He sunt aque rubee alkimice ad tingendum* etc. Absoluto hoc libello in fol. 130 b sequuntur quae superius jam adscripsi cum tractatu, qui incipit *Hec est preparatio* etc. et aliis ejusdem generis, inter quos est fol. 134 b *quidam tractatus qui dicitur secretum hali philosophi* etc. usque ad fol. 136 b, ubi *Incipit quidam tractatus qui dicitur speculum secretorum qui multum est bonus et utilis speculum secretorum Rogerii bacconis* hoc principio: *yn nomine domini nostri iesu cristi. ad instructionem multorum circa hanc artem studentium vel studere volentium quibus deficit copia librorum hic libellus editur* etc. Deinde fol. 152 b: *Incipit liber XII aquarum,* quarum nomina et vires

ex prooemio quod subjeci cognoscuntur: *Series et splendor huius libelli est in XII capitulis. primum est de aqua rubicunda, 2m de aqua penetratiua, 3m de aqua mollificatiua, 4tum de aqua ejusdem ponderis et magni nominis, Va de aqua ignea, VIa de aqua sulphurea, VIIa de aqua cineris, VIIIa de aqua aurea, IXa de aqua croeea, Xa de aqua candida, XI de aqua argenti vivi, XII de aqua perpetua* etc. In fine fol. 154: *Explicit liber XII aquarum Incipit quoddam cāpitulum metrificatum de aqua candida huic operi alkimie valde necessaria et utili* triginta versibus hexametris compositum, quorum primus:

*Almissadir quantum capies locii cape tantum,*

ultimus autem:

*Quod docti tantum dicunt laudabile santum*

eoque absoluto aliud *capitulum metrificatum de vase ad praeparationem lapidis* versuum XXII, qui sic incipiunt:

*Amphora completur cuius apud artificetur*

*Fundus et ampletur quo spiritus igne lauetur* etc.

Sequitur libellus de aquis et alia *capitula* alchimistica varii argumenti fol. 155 — 190, post quae aliquot folia non signata inserta partimque a recentiori manu inscripta sunt; tum fol. 193 *opus jovis* et alia praecepta ejusdem farinae usque ad fol. 208; inde vero fol. 209 *Incipit liber collationis . . magistri cum discipulo* hoc initio: *In compositione vniuscujusque compositi diuinum implorandum est auxilium iuxta testimonium sancti iacobi* etc. In fine fol. 214 a: *Explicit dialogus breuis alchimie,* quem statim excipit liber *de gemmis pretiosis artificialibus,* hunc autem fol. 222 *de coloribus pro pictura* et fol. 229: *secretum operacionis medicinalis pro essentia quinta* cum *libro secundo de generalibus remediis,* cujus hoc prooemium est fol. 238: *Licet liber primus tante virtutis existat*

*quod per eum possit curari omnis morbus curabilis, tamen quia non omnis scit ex principiis conclusiones elicere docebo in hoc libro sanitatis remedia procurare subito et quasi miraculose etc.* Proximus est *dyalogus alberti* a fol. 245 usque ad 251 a; extremus autem libellus de aquis, cujus initium hoc est: *Aqua fortis Recipe salis nitri vitrioli* etc., finis in fol. 261 a: *Et erit aqua acuta nigros capillos tingens in aureum colorem Si post lotionem capitis cum setis illiniantur et permittantur exsiccari etc. Explicit etc.* 14796 h. e. 1496; quae in extrema pagina leguntur, quanquam ab eadem manu posterius tamen adjecta esse videntur.

*B.* 18. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCLXXVII formae duod. — Continet *a*) Studium consilii conjugis de massa solis et lunae, *b*) Arnoldi de Villa nova Rosarium, *c*) Correctorium fatuorum, *d*) Lilium benedictum inter spinas, *e*) Rosam auream, *f*) Canonem in consideratione quintae essentiae, *g*) Auroram consurgentem, *h*) Geberi librum de investigatione veritatis, *i*) Lilium intelligentiae et alia alchimistica.

De hujus quoque codicis libellis compluribus adeundus est Borrichius apud Mangetum l. c. p. 45 sq.; Rosarium tantum addo eum demum, quem hic habeamus, cum illo qui inter Villanovani opera edi soleat convenire, a duobus autem qui in proximo antecedente codice exstent, non minus discrepare quam hi ipsi inter se differant. De ceteris quibus major librorum copia est accuratius existiment; ordo hic est: Fol. 1 *Incipit Tractatus Studium Consilii Coniugis de massa solis et lune* hoc initio: *Non legitur admiranda munificentia inanis emanasse donum sapientia* etc. In fine fol. 29 a: *hoc ego ibi exposui Sequitur.* Deinde eodem folio verso: *Sequitur expo-*

*sitio epistule solis ad lunam.* Fol. 64: *opus mirabile trium verborum in quibus pretiosissimum archanum et donum dei totaliter comprehenditur. De lapide pretioso Qui est corpus aereum volatile* etc. In fine fol. 93 b: *quoad fixionem ejus plenariam Et sic est finis Tractatus Studium consilii conjugis de massa solis et lune Quoad artis complementum.* Fol. 94: *Arnoldi de nowa villa Incipit liber philosophorum Rosarius thezaurus omnium secretorum maximus* etc. Fol. 131 a: *quamuis non intelligentibus sit satis prolixa Et sic finitur Rosarius a Magistro Arnoldo de noua villa editus Ex hoc summopotenti gloriae tribuantur innumerabiles per infinita secula seculorum Amen.* Eodem fol. verso: *Incipit liber Alchimie qui intitulatur correctorium fatuorum Et inprimis tractat Quid sit naturam imitari* etc. Fol. 159 a: *quando te reuocare valeam laus deo nostro cum virgine Gloriosa Amen.* Post folia duo et dimidium vacua fol. 162: *Gloriosus et excellens deus qui cunctis dat et imperat* etc., in margine autem inferiori: *Incipit lilium benedictum inter spinas.* In fine fol. 189: *In laudem et honorem gloriosissimi principis cui deus vitam longam successus bonos et prosperos pacem in praesenti donet et vitam eternam in futuro amen.* Fol. 190: *Rosa aurea incipitur A quolibet non fit quodlibet sed determinatum ex determinato quia nulla est cognatio congrua nisi ex convenientibus in natura* etc. In fine fol. 231 a: *sanguinem super modum multiplicat et conseruat Deo Gratias Explicit Rosa aurea.* Eodem fol. verso: *Sequitur canon in consideracione quintae essenciae in mineris Et primo scientia ad extrahendam quintam essenciam ex Auro, quae sic fit* etc. In fine fol. 257: *Et haec affirmant omnia dicta philosophorum dicentium M. aureus est serpens serpentem ingeminans et impraegnans vna hora pariens etc. est finis.* Fol. 258: *Aurora consurgens incipit Adfuerunt michi omnia bona pariter cum illa, Sapiencia affert que foris predicat in plateis* etc.

In fine fol. 318 a: *Alia uero experimenta sunt artifici sagacius committenda Amen.* Eodem fol. verso: *Fuit vir vnus moribus illustris et genere in terra parisiensi nomine Ademarius huic fuit frater carissimus nomine Gwilhelmus qui totis sue vite temporibus astronomiam inferiorem perquesivit* etc. In fine fol. 333 a: *Et super aurum crudum sed purgatum Et super omne corpus Et sic est finis huius libri Amen.* Eodem fol. verso: *Geber de inuestigacione veritatis Considerumus in nostris voluntatibus ex secretis* etc. In fine fol. 345 b: *Deinde 3o ad 3m ordinis gradum ascendamus et primo de medicina lunari tam corporibus imperfectis perficiendis quam in ipso auro in lunam veram congelando.* Fol. 346: *Incipit lilium intelligentie In nomine domini amen, ffili karissime scias spiritus domini quum super aquas ferebatur* etc. Fol. 352 b: *Nota secundum quod dicit Morienes ad Rogerum kalith in dyalogo suo* etc. In fine fol. 362 a: *Et pro ista parte omnes videntur sonare senior turba et enigmata turbarum ut patet etc. et sic est finis.* Fol. 363: *tractauerunt de pluribus aquis et brodiis et corporibus lapidibus et spiritibus* etc. In fine totius codicis: *Explicit phisica nobilissimi doctoris magistri Petri de Zulento* (?) Reliqua abscissa sunt.

*B.* 19. Codex chartaceus saec. XV vel XVI foliorum CXVIII signatorum form. duod. A. M. — Continet librum alchimisticum notis steganographicis insignem, quarum clavis exstat in involucro.

Incipit: *Aqua fortis ad album sic fit et erit bonum elixir* etc. In fine: *apparebit herba et debet custodiri in arca in corio serpentino in voluta cartta in qua debent scribere hoc karakterisma.* Qui sequuntur characteres vulgaribus typis exprimi non possunt neque operae pretium esse videtur singulos imitari.

*B.* 20 a. Codex chartaceus saec. XV vel XVI foliorum CXXVIII formae quadratae A. M. — Continet *a*) libellum de dono dei arcano, *b*) Antonii Marini modum de insinuatione metallorum, et alia ejusdem generis partim latino partim germanico sermone scripta et figuris supellectilis alchimisticae calamo pictis ornata.

Fol. 1: *Incipit tractatus de dono dei archano Capitulum primum calcinationis auri et argenti et ejus ablutione* etc. Fol. 58: *In nomine domini Incipit modus Anthoni Marini de delfinatu et de civitate gragnole gracianopolitana* (Grenoble) *de insinuatione metallorum* etc. Folia 103 — 108 vacua sunt; deinde sequitur fol. 109 *Medicina pforzemensis*; fol. 112 b *Compendium philosophorum*; fol. 122 *Rosarius abbreviatus*,, postremo fol. 126 *Quedam declaratio in arte alchimica*, omnia recentissimis manibus exarata.

*B.* 20 b. (priori annexus) Codex chartaceus, sed multo antiquior praecedente, ut saec. XIV propior videatur, foliorum II non signatorum et CXIX a recentiori manu signatorum (1 — 1019), sed hincinde, ut videtur, mancorum aut turbatorum, varias formulas alchimisticas vel magicas tum latino tum germanico sermone conscriptas continens.

Inc. (D) *E genere metallorum. cum in inicio spiritus domini ferebatur super aquas et cum aqua nondum invndaret sed cum sine fluctuacione invndacionis maneret spiritus sanctus ex spiracione sua eas fluere fecit* etc. Deinde fol. 3 liber ipse sic incipit: *De commixcione et coagulacione similiter et de congelacione et liquefactione et ceteris hujus passionibus in libro methodorum dictum est* etc. Fol. 21

post lacunam sequuntur XLVII versus partim hexametri partim pentametri ut videtur, sed inconditi multi et hypermetri, quorum primus:

*Mercurii partem super . . . . . bene tritum* etc.

Fol. 37 b: *hic incipit speculum alkimie* (Rogerii Baconis?) *multipharie multisque modis loquebantur olim philosophi per sua scripta* etc. In fine fol. 41 b: *et istud est opus unius diei seu unius hore vel momenti, de quo semper mirabiliter est laudandus deus Amen Explicit speculum alkimie.* Deinde statim excipit: *De 7 metallis excerptum a libro geberi Argentum quippe viuum* etc. Fol. 42: *Incipit tractatus bonus Ex omnibus rebus eciam ex animalibus piscibus et volatilibus potest fieri sal ipsis combustis et in cinerem redactis* etc. Fol. 64 ab alia manu: *Nota man sal nemen quecsilber zu erst und sal daz wole weschen yn eyme beckin in eszige* etc. Fol. 69 a priori manu: *nota coque sulphur in aqua acuta siue in vrina sublimata* etc. Fol. 92: *nota omnia metalla equipollentur omnibus planetis* etc. Fol. 120: *Putavimus nos raptum ante conspectum antiqui dei* etc. Fol. 121: *Explicit visio noui testamenti amen. Recipe regem et suos duos fratres quos coniunge cum IX virginibus* etc.

*B.* 21. Codex chartaceus saec. XV vel XVI foliorum CLXIV formae quadratae A. M. — Quae continet in primo folio ita enotata sunt: *Somniarium Alberti Magni Somniarium Leonis Tusci cum praefatione Johannis Danielis ut quidem ferunt Geomantia quam pulcherrima cum praxi petronelli Alkymia partim ex diwisione B. Thomae de Aquino de ente et essentia partim ex aliis collecta cum quorundam colorum praeparamentis* etc.

Post hunc indicem in primo folio haec nota adscripta est: *Habes et alibi somnia danieli adscripta germanice alibi ithalice, item somnia*

*Josephi, item somnia apochripha, item somnia Hippocratis et somnia Arnaldi e villa nova.* Deinde fol. 2: *Philosophantes antiquos seu indos seu persas Egiptios Grecos in interpretationibus somniorum sequentes* etc., quod tamen inter editos Alberti libros nusquam invenitur videturque ad ea referendum esse quae falso ejus nomini adscripta passim inbibliothecis latent; cf. Fabric. Bibl. M. A. T. I, p. 121. Sequitur fol. 21: *Philippi Callimachi prefatio in somniarium Leonis Tusci philozophi ad illustrem Petrum laurentium de medicis* hoc initio: (N) *icolaus copernicus natus est in prussia in insula quam circiter viginti milia passuum priusquam influit oceanum Vistula in duas partes se diuidens amplectitur* etc. indeque fol. 18: *Leonis Tusci philozophi de interpretatione somniorum secundum egiptos persas et indos ad Hugonem doctorem suum Liber Incipit prohemium* (L) *aborans laboraui ad inueniendum dominatori meo certam somniorum interpretationem* etc. In fine fol. 117 a: *Que vero ad nostram et totius populi afflictionem nunciantur cauere diuinitus admoniti studeamus vel saltem in minus nociuum conuertere finem* τελος, quae ideo fusius exscripsi, quia nec hoc somniarium aliunde novi, nec Leonem Tuscum alium praeter eum quem Johannis Chrysostomi liturgiam latine interpretatum esse et alia ejus generis scripsisse tradit Fabricius Bibl. Gr. T. VIII, p. 563 et Bibl. M. A. T. IV, p. 778; Callimachus autem est notissimus ille Philippus Bonaccursius, qui se Callimachum Experientem dici maluit (cf. Fabr. Bibl. M. A. T. I, p. 892 pluraque apud Saxium Onomast. T. II, p. 484) quemque extremo vitae tempore in Polonia acto circa a. 1496 Cracoviae obiisse constat (cf. Wachleri Handbuch T. II, p. 353), unde non est mirum eum de Borusso et Vistulae accola accuratius narrare potuisse. Post haec inserta est *Somniorum Interpretatio Luculentissima* typis excusa alphabetico ordine sex foliis comprehensa, cum hoc lemmate in fine: *Impres-*

*sum Argentinae per Mathiam Huppfuff Anno a natiuitate saluatoris nostri millesimo quingentesimo VI*; deinde rursum manu scripta geomantia sic incipit: *prima domus significat animam et corpus* etc., cui similem etiam germanice scriptam habemus in singulari codice hoc principio: *das ist dy erste tabell und helt von dem was eyner Im Synne begerth* etc. Postremo fol. 153: *Magnifico principi ac domino illustrissimo domino suo Ruberto primogenito regis ierusalem et sicilie dei gracia duci Calabrie ac in regno sicilie vicario generali frater thomas de aquino ordinis praedicatorum eius capellanus eiusque . . . reuerentiam cum humili deuotionis obsequio* etc., quae tamen ab ejusdem libello *de ente et essentia*, qui inter editos exstat, quam maxime discrepant. In fine aliquot folia deesse videntur.

***B.* 22.** Codex chartaceus diversis manibus inter se excipientibus scriptus saec. XV vel XVI foliorum CCXXXIX form. duod. A. M. — Continet *a*) partem libri primi canonis Avicennae de definitione medicinae etc., *b*) Arnoldi de villa nova librum de conferentibus et nocentibus principalibus partibus nostri corporis, *c*) librum de arte medica, *d*) tractatum medicinalem, *e*) Gualteri libellum de dosi medicinarum, *f*) Cophonem de modo medendi, et ejusdem generis alia.

Fol. 1: *Capitulum primum doctrine prime fen prime libri primi de diffinitione medicine* etc. Fol. 12 b: *Expleta est fen prima libri primi dei gratia Incipit fen 2ª libri primi canonis cuius sunt tres doctrine* etc. Fol. 13 b: *De conferentibus et nocentibus Arnoldi*, quorum tamen principium: *capitis cuttis conseruabitur sic* etc. ab iis, quae in nostris editionibus leguntur, valde discrepat, omnisque capitum divisio alia est, si quidem in codice sequitur *de conseruatione*

*cerebri, de conseruatione oculorum, narium, aurium, dentium, lingue* etc., quae in editis partim desunt, partim longe aliter leguntur. Fol. 19: *Incipit liber de arte medici sine qua factum est nihil (D) e medico secundum Johannicium* (Christianum Nestorianum saec. IX Motawakeli Chalifi medicum; cf. Fabric. Bibl. Gr. T. XIII, p. 300; Choulant p. 152) *Medicine operatio est trium* etc. In fine fol. 127 a: *Explicit prima pars huius tractatus in qua summatim sunt posita que necessaria sunt medico ad sciendum pro quo deus sit benedictus in secula seculorum amen per me Jo. Crar* (?). Primae et secundae parti per folium unum et dimidium ab alia manu interjectum est excerptum ex *Placentino*, eodem fortasse Antonio Rustico, qui curavit editionem Avicennae Lugd. 1522. 4; deinde sequitur fol. 129 *Secunda pars istius tractatus* hoc initio: (t) *unc ad digestionem materie quae fit per sirupos et electuaria* etc. In fine fol. 162 a: *Contra guttam artheticam* (arthriticam) *paralisin et omnes egritudines ex causa frigida;* quibus absolutis a manu recentiori leguntur varii *canones et receptae medicinales*, ut in indice volumini praefixo appellantur, raro tantum auctorum nominibus adjectis, velut fol. 168 b *Albinus pragensis contra rubedinem oculorum* et fol. 175 a: *Isaac de dietis vniversalibus*, nec clarae originis, nisi quod Isaac est filius Salomonis dictus Beimiram, de quo Fabricius Bibl. Gr. T. XIII, p. 303 et Choulant Bücherkunde p. 158. Mox fol. 176: *Incipit tractatus medicinalis brevis et vtilis: tractat iste libellus de medicinis omnium membrorum distemperatorum tam in frigiditate quam in caliditate* etc. finitque fol. 182 b: *Explicit pulcrum exercitium medicorum prudentum et realium non intentionalium;* fol. 183 autem *Incipit tractatus magistri Galteri de dosi medicinarum*, cujus alia exemplaria manuscripta ex variis bibliothecis commemorat Hallerus Bibl. Med. Pract. T. I, p. 453. In fine fol. 209 a: *valet contra debilitatem pectoris et pul-*

*monis in acutis et in aliis explicit etc.* inque eodem folio verso: *Incipit liber Cephonis* (ab alia manu suprascr. *Cophonis*) *de modo medendi*, de quo cf. Hallerus ibid. p. 425 et Sprengelius T. II, p. 403, qui et ipsum ex Salernitana schola prodiisse suspicatur; ad aetatem definiendam facit quod in nostro codice margini adscriptum est: *fortasse hic Copho est secundum quem Nicolaus in antidotario scripsit electuarium frigidum*; hoc enim ipsum *electuarium frigidum magistri Cephonis purgans sine molestia* cum aliis formulis medicis inde a fol. 232 b post librum de modo medendi additum est.

*B.* 23. Codex chartaceus saec. XVI foliorum LIV form. duod. A. M. — Continet *a*) Oliverium de populis, *b*) librum de medicinis digerentibus, *c*) Bartholomaei Montagnanae tractatum de cautelis medicorum etc.

In involucro libri ab eadem manu ut videtur scriptum exstat: *Excellentissimi et singularis viri in chiromantia exercitatissimi magistri Andree Corrii mirandulensis.* Fol. 1: *Oliuerius de populis Pavie Anno* 1507 *In Augusto* etc. Liber ipse incipit fol. 2: *Carissime nepos cum sciam te satis eruditum quantum ad hanc disciplinam plurimum posse nec tibi praesenti ad memoriam delegare possum ex libris medicinalibus ipocratis Auicenne et aliorum plurimorum super arte medicine tractatum sub compendio quo dignus es tibi trado dans tibi librum ex quo tocius corporis humani et humane nature regimen noscas* etc. In fine fol. 32 b: *deo gratias Amen Explicit tractatus magistri Oliuerii de populis*, quem dubito num eundem dicam cum Oliverio Senensi artium et medicinae doctore, cujus tractatum *de deo et rerum naturalium principiis* commemorat Montfaucon in Bibl. Bibl. Mss. T. I, p. 400. Deinde fol. 33: *de medicinis digerentibus et euacuantibus humores* etc., cujus finis est fol. 44 a: *quum humores*

*sunt digesti pulsus et anhelitus sunt parui*, mox autem fol. 45 sequitur *Tractatus de cautelis medicorum Bartolomei Montagnane*, probe distinguendus ab ejusdem *consiliis medicis*, quae saepius typis divulgata sunt, neque omnino ut videtur aut Hallero (Bibl. Med. Pract. T. I, p. 459) aut Sprengelio (l. c. p. 540) inter reliquos ejus libros cognitus. Incipit: *Primo nota quod quando offertur medico vrina de qua non possit iudicare* etc. finiturque in fol. 53 a verbis: *in vrina praegnantis rotunda circa fundum apparet hypostasis eadem velut nebula carpina velut bombix. Michael Scotus.* In eodem folio verso: *Ad extrahendas maculas de panno aut biretis recipe* etc. et in fine: 1509 *die* 3 *Aprilis Padue Regnante illustri principe Venetiano Lauredano*; extrema duo folia continent formulas medicas *ad nebulas oculorum, ad clarificandum visum* etc.

***B.* 24.** Codex chartaceus saec. XVI foliorum CV et XV vacuorum formae quadratae minoris A. M. — Insunt secundum indicem involucri a) *Johannes Spirinck de Soda influentiali*, b) *Marcus de Gatinaria super nono Almansoris*, c) *Blasius de Astariis super primam* (Fen) *quarti* (libri canonis Avicennae), d) *cautelae medicorum Bartholomaei Montagnanae*; hisque omnibus praefixa *Summula Jacobi de partibus per alphabetum super plurimis remediis ex ipsius Mesue libris excerptis* cum annexo *tractatu phlebotomiae perbreui et completo* impressa Lugduni s. a.)

Montagnanam saec. XV medicum jam in proximo antecedente codice cognovimus; suppares aetate fuerunt etiam Blasius Astarius et Marcus de Gatinaria Ticinenses, de quibus cf. Hallerus l. c. p. 464 sqq. De Johanne Spirinck ejusque *tractatu digressiuo*, ut hic appellatur, nihil praeterea indagare potui; argumentum tamen cum reliquis cognatum

**prodit quod Gatinariae quoque libri principium in fol. 4 est *de cura sodae et primo sanguineae* etc. — *Praestantissimi ac aegregii domini M. Blasii de Astariis collecta super primam quarti* incipiunt a fol. 84, *tractatus de cautelis medicorum clarissimi medici magistri Bartholomei Montagnane* a fol. 102 b; extremo folio 105 ab alia manu recentiore adscriptae sunt *cautelae medicorum ex arnaldo de villa nova.***

*B*. 25. Codex chartaceus saec. XVI per columnas scriptus foliorum LXXX formae quadratae A. M. — Continet Bonaventurae de Ysco librum Compostellae, et ejusdem Synonyma per ordinem alphabeti.

**Inc. *Compostella Incipit liber compostellae multorum experimentorum veritatis. ex dictis compositionis fratris bonauenturae de ysco ordinis fratrum minorum, qui librum exposuit venetiis . . . in conuentu fratrum sanctae mariae prope sanctum thomam* etc. Fol. 46 a: *Nunc incipit prohemium secundi libri compostellae Compostella est liber compositionis operis et tractatus magnae subtilitatis* etc. Fol. 72 a: *Explicit liber compostellae fratris bonauenturae de Ysco ordinis fratrum minorum*, paucisque lineis interjectis: *Incipiunt Synonima ordinata per fratrem bonauenturam de isco ordinis minorum per ordinem alphabeti compilata Aspaltum i. e. bitumen judaicum* etc. In fine totius codicis: *Et sic explicit et vix dei triuni et sancte eius genitricis adiutorio compostella fratris prescripti in nocte S. Anthonii anno verbigenii milesimo quingentesimo octauo per me christophorum klausen durecensem tunc temporis sacre medicine in ticinensi achademia floridissima gymnosophistam.***

# CLASSIS TERTIA.

## LIBRI DE IURE IMPRIMIS CANONICO.

*C.* 1. Codex membranaceus saec. XIII ineuntis per columnas scriptus foliorum CCCXXVIII formae maximae A. M. — Continet decretum Gratiani cum glossa in fine mutilum.

Inc. *In prima parte agitur de justicia naturali* etc. In fine: *qui nulla interiori satisfactione praecedente soli exteriorae*, quae sunt libri II canon. 87 dist. 1 de poenitentia; reliqua excisa sunt, quod eo aegrius ferre debemus, quo insignior ex iis quae restant codicis praestantia apparet. Breviter ejus laudes praedicavit Savigny (Recht des Besitzes §. 50 not.), pluribus autem de iis egit ejusdem praeceptor, clarissimum olim hujus Academiae decus, Weissius in Justi Memorabilibus Hassiae (Hessische Denkwürdigkeiten Thl. IV. Abth. 2, Marburg 1805. 8.) p. 199, cujus ipsa verba subjeci: »Dieses Defects ungeachtet bleibt »der Kodex äuſserst schätzbar. Für sein hohes Alter und daſs er nicht »lange nach Gratian geschrieben seyn kann, entscheidet der Umstand, »daſs alle *paleae*, die darin vorkommen — ursprünglich enthielt er »keine einzige — unleugbar von einer anderen Hand an den Rand »gesetzt sind. Späterhin sind auch die Glossen beigeschrieben. Sie »sind kürzer als die gedruckten, enthalten aber doch hier und da die »Zusätze des *Bartholomäus von Brixen* zu des *Johannes Teutonikus* »Arbeit. Die äuſsere Eleganz des Codex entspricht seinem inneren »Werth. Er ist auf feines Pergament ungemein schön geschrieben, »mit rothen Inskriptionen, rothen oder blauen und zuweilen vergoldeten

»Initialbuchstaben« etc. Palearum, quas Weissius commemorat, accuratiorem descriptionem exhibet Jo. Gu. Bickellii disquisitio de paleis quae in Gratiani decreto inveniuntur, Marb. 1827. 4, p. 9; qui quinque tantum, si nonnulla recentiori manu ad marginem adpicta omittamus, capita in hoc codice exstare ait, quae in eum numerum referri possint; ceteroquin nondum collatum esse codicem idem vir amplissimus atque humanissimus per literas nobis significavit.

*C.* 2. Codex membranaceus saec. XIII per columnas scriptus a tribus diversis manibus foliorum CCXLIV formae maximae A. M. — Continet compilationes decretalium secundam (Joh. Galensis) et quartam cum glossis et Huguccionis commentarium ad decretum Gratiani in fine mutilum.

De hoc quoque codice Bickellius rogatus haec ad nos humanissime perscripsit: »In einem andern in weiſses Leder eingebundenen Folianten befinden sich folgende 3 Stücke, welche im 13. Jahrh. geschrieben sind: *a*) und *b*) zwei von den fünf s. g. antegregorianischen »Sammlungen, welche zwischen dem *Decretum Gratiani* und den »Decretalen Gregor's IX erschienen und die Quellen der Sammlung »Gregor's IX (des zweiten Bestandtheils des Corp. jur. can.) sind. »Solche antegregorianische Sammlungen sind für die Kritik von Bedeutung. Merkwürdigerweise ist man bei der Theilung der Marburger »Bibliothek so ungeschickt zu Werke gegangen, daſs zwei Bände, »welche die erste und dritte dieser Sammlungen enthalten, nach Gieſsen »gekommen sind (der Kanzler Koch hat zwei eigene Dissertationen »über diese beiden Sammlungen geschrieben), während in Marburg der »Band geblieben ist, welcher die s. g. *Compilatio secunda* (von Joh. »Galensis im Anf. des 13. Jahrh.) und die *Compilatio quarta* (von »einem Ungenannten gleichfalls vor der Mitte des 13. Jahrh.) enthält.

»Ungeachtet keine eigentliche Titel vor den einzelnen Sammlungen »stehn, sieht man doch auf den ersten Blick, wo die *Comp. secunda* »aufhört und die *quarta* anfängt, welche viel schlechter geschrieben »ist und, wenn ich nicht irre, fast gar keine Glossen am Rande hat. »Ich habe beide Sammlungen mit der gedruckten Ausgabe des Ant. »Augustinus (in seinen Werken, Lucca 1765 fol.) genau verglichen »und sämmtliche Varianten zu künftiger Benutzung aufgezeichnet. Nach »der *Compilatio quarta* kommt *c*) mit sehr fein geschriebenen Buch»staben und sehr vielen Abbreviaturen der Commentar des alten Glos»sators Huguccio zum *Decretum Gratiani;* er ist verschieden von »der gewöhnlichen Glosse zum Decret (welche von Joh. Teutonicus »und später etwas umgearbeitet von Barthol. Brixiensis herrührt), aber »darin stark benuzt. Huguccio lebte im 12. und 13ten Jahrh. (er starb »1210); sein Commentar ist nicht gedruckt, auch sind die Handschrif»ten davon selten; die Marburger ist sehr defect, indem namentlich »ein groſser Theil am Ende fehlt. Ich habe dieses MS. ganz durch»gegangen und dasjenige, was mir namentlich für die Rechts- und »Literärgeschichte wichtig schien, excerpirt. Einen Titel hat das MS. »nicht, jedoch ist schon in Wachler's Lit. Gesch. (edit. a. 1804, p. 478) »angegeben, daſs ein MS. des Huguccio auf der Marb. Bibl. sey; »einige Bemerkungen s. auch in m. Diss. de paleis p. 16.« Secunda compilatio inc. (P) *r e t e r e a  d e  l e g e illa vel errore quem tuos ciues asseris statuisse* etc. In fine fol. 70: *obediant in perpetuum tanquam praelatis suis et dominis sicut archiepiscopus ipse precepit.* Deinde fol. 71 mutilo initio: (sa) *lutaris maxime cum ipse ioachim extitit institutor* etc. In fine fol. 103: *ut commissa defleat et flenda ulterius non committat.* Huguccionis principium bis repetitum est in fol. 104 et 105: *Ad decorem sponse i. e. ecclesie post legem naturalem subsecuta est mosaica* etc., extrema haec sunt: *et exemplum de lazaro* . . . . .

*C.* 3. Codex membranaceus saec. XIV per columnas scriptus foliorum CCCXXV formae maximae A. M. — Continet *a*) Summam confessionum, *b*) Decretalium librum sextum et *c*) septimum sive Clementinas cum tribus extravagantibus.

Inc. *Rogatus a fratribus quod eis formulam de confessionibus audiendis traderem* etc. Fol. 234: *Incipiunt cogitationes magistrales per ordinem alphabeti super totam summam confessionem* etc. Fol. 238: *Incipit liber VItus Bonifacius episcopus seruus seruorum dei* etc. Fol. 283: *Incipit liber septimus decretalium Clemens episcopus seruus seruorum dei* etc., quo de principio cf. Bickellium in Annal. Heidelberg. 1823, p. 44, et in Ephemer. Litt. Halens. 1829 Jul. p. 422, ubi monet se in duobus tantum praeterea Codd. Mss. altero Cassellano, altero Monacensi hoc ipsius Clementis V prooemium invenisse, quum alioquin Joannis XXII praefatio praemitti soleat. De tribus extravagantibus idem in libro *Ueber die Entstehung und den heutigen Gebrauch der beiden Extravagantensammlungen des* Corpus juris canonici (Marb. 1825. 8.) p. 12 ita narrat: *Hinter einem Mspt. des Sextus und der Clementinen auf der Marburger Bibliothek stehn drei Extrav. Johann's XXII und zwar das c. Cum quidem relig., das c. Execrab. und das c. Suscept. regim., welche unmittelbar hinter dem lezten Capitel der Clementinen ohne weiteres Unterscheidungszeichen folgen;* totius codicis finis hic est: *Datum anno domini M° CCC°. XVIII°. VII. Idus Junii.*

*C.* 4. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCXXXII formae quadratae A. M. — Continet *a*) conspectum librorum et titulorum totius juris tam canonici quam civilis, et *b*) casus summarios Decretalium et Clementinarum.

Inc. *Quia praeposterus est ordo prius humana petere subsidia* etc. Fol. 8 b: *Sequitur nunc alphabetum Juris* etc. Fol. 12: *Et quia per abbreuiatorum utriusque iuris titulorum intellectum* (pro — intellectu?) *necessarium est habere titulos extensos proponam primo rubricas siue titulos iuris canonici propter eorum paucitatem respectu rubricarum iuris ciuilis quas etiam subiungam Sequuntur ergo rubrice primo decretalium* etc. Fol. 14 b: *Incipiunt tituli ff* (Digestorum) *veteris et novi et Infortiati secundum ordinem alphabeti* etc. Fol. 20 a: *Adest finis titulorum digestorum Sequuntur nunc tituli librorum codicum secundum ordinem alphabeti* etc. Fol. 34 a: *Adest finis titulorum codicum Incipiunt igitur nunc Tituli institutorum etc.* Fol. 35 b: *Finiuntur tituli institut* (ionum) *sequuntur tituli Authenticorum* etc. Fol. 38 b: *Tituli autenticorum finiuntur Incipiunt nunc tituli Constitutionum Frederici Imperatoris etc.* Fol. 40 a: *Finiuntur tituli constitutionum imperatoris frederici et per consequens tituli totius iuris tam Canonici quam Ciuilis.* Fol. 41 — 44 vacua sunt: deinde fol. 45: *Gregorius episcopus seruus seruorum dei Dilectis in christo filiis vniuersis doctoribus et scholaribus bononie commorantibus Salutem et apostolicam benedictionem* etc. Fol. 175 a: *Expliciunt casus summarii decretalium*, quibus absolutis sequuntur versus memoriales XXXIX, quorum primus hic est:

*Primo summa fides statuit scribit quoque suescit*,

ultimus autem hic:

*Post interdictum sequitur qui legitimi sunt.*

Hinc fol. 177: *De constitutionibus* etc. In fine fol. 217 b: *Expliciunt casus summarii VIti libri decretalium Si finis est bonus totum quoque bonum.* Fol. 218: *Incipit tractatus breuis de vita actionum* etc., quem eundem in fine sequentis codicis inveniemus; principium hoc est: *Multe diuersitates in legibus consti-*

*tute sunt que lectoris animum multiplicitate fatigare noscuntur* etc. Fol. 222: *Summarii clementinarum De suprema trinitate et fide catholica* etc. Fol. 231 a: *finiti casus summarii decretalium et clementinarum sub anno domini* 1467. Quae sequuntur ab alia manu vacuis foliis inscripta sunt.

*C.* 5. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCLXXXI formae maximae. — Librorum quos continet indicem ex folio praefixo subjeci.

Inc. *Tractatus Johannis Calderini de ecclesiastico interdicto I — Tractatus de obseruatione interdicti Joannis auditoris II — Tractatus Johannis andree de emptione et venditione III — Pulcra distinctio de multiplici notorio IIII — Quaestio magistri gotfridi bremis vtrum beneficiati et in maioribus* (scil. ordinibus) *constituti quamuis non beneficiati certis horis ad horas canonicas sint astricti — Quaestio magistri colchagen de lunenborch vtrum propter delictum vnius persone vel plurium in aliqua communitate iustum punire totam communitatem — Quaestio determinata per magistrum kanutum de arusia vtrum comparare redditus* (reditus) *ad vitam vel ad tempus aut perpetue soluendos aut sub potestate recuperationis sit actus illiberalitatis qui communi nomine vsura nuncupatur. — Quaestio magistri Johannis de francfordia vtrum spiritualia uel spiritualibus annexa tytulo empcionis et vendicionis alienari vel occupari possint absque mortali noxa. — Quaestio magistri Frederici Sconen* (Schonen) *sacre pagine professoris vtrum Ecclesie jeiunium sit sub incursu criminis seu peccati mortalis obseruandum — Bartolus super extrauagantibus hinrici Imperatoris s. ad reprimenda multorum facinora etc et Quoniam nuper ad auditum nostrum est deductum V — Differencie inter leges et canones — Casus qui inducunt irregularitatem et inpediunt pro-*

*mocionem et ministerii altaris executionem VI — Casus in quibus quis tenetur ex reatu sanguinis licet non occiderit — Casus in quibus quis suspensus est ipso iure et si celebrat non est irregularis — Explanatio Innocentii quarti de iniuria graui leui et leuissima — Casus qui pertinent ad episcopum — De dispensatione episcoporum — De dispensatione abbatum — De priuilegiis episcoporum — De casibus in quibus solus papa dispensat — Tractatus de pheudis* (feudis) *VII — Epistola libelli de zelo christiane religionis XVII capitula continens — VIII Repeticio capituli Canonum statuta de constitutionibus IX — Repeticio capituli definitiones de iure iurando — Repeticio capituli Si celebrat de clerico excommunicato ministrante — De bona fide et titulo — De elemosina de quibus fieri debeat X — De aleatoribus et ludo — De histrionibus et psaltis — De Indulgentiis — Vsus quidam cum declarationibus suis quum archiepiscopus habet iurisdictionem in suum suffraganeum et super eius subditos — Casus in quibus electio infirmatur et nulla est ipso iure — Casus actionum omnium in Jure ciuili — Repeticio domini Johannis de ymo circa c. Quintavallis de iure iurando — Tractatulus vtilis de regimine praeseruatiuo tempore pestilenciali XI — Processus iudiciarius XII — Tractatus vrbach — Bulla Martini pape de emptione et venditione cum declaracione XIII — Lectura super c. Cum marthe de celebratione misse per egregium doctorem arnoldum westfal compilata — Dubitatio quedam super c. Omnis vtriusque sexus de peccato et remissione — Repetitio c. Quanto de iure iurando — Lectura d. floris super de celebratione misse in clementinis Idem super c. ne in agro dominico de statu monachorum et de religione et veneratione sanctorum — Quaestio vtrum canonicus recipiens distributionem et exiens chorum sine rationali causa etc — Tractatus de actionibus: tractatulus breuis de vita actionum XIIII — Reprobatio pape gregorii quorundam arti-*

*culorum in speculo saxonico contentorum* — *Tractatulus de successione : Et sic est finis.*

De Johanne Calderino Jcto Bononiensi c. a. 1356 cf. Panciroll. de Legg. interpr. III. 21; libro ejus praescriptum est: *Tractatus de obseruatione interdicti Johannis Calderini*, eundem tamen esse, qui etiam in aliis bibliothecis exstat (cf. Haenelii Catal. Libr. Mss. Lips. 1830, p. 813 et 988) typisque excusus est Paviae 1488 f., subscriptio testatur fol. 27 b: *Explicit tractatus De ecclesiastico interdicto domini Johannis Caldrini excellentissimi decretorum doctoris.* — De Johanne Andrea, Calderini praeceptore et patre adoptivo, accurate egit Savigny in Gesch. des röm. Rechts im Mittelalter T. VI, p. 87 — 111, sed ut non appareat, num noster ei libellus notus fuerit; inc. fol. 37: *abbas sancti Jacobi de consensu conuentus vendidit petro ementi de omnibus suis bonis ius percipiendi* etc., in fine autem legitur fol. 44: *Et ego dominicus* (?) *permissione diuina Januensis archiepiscopus hanc conclusionem pono et in testimonium propria manu subscribens sigillum propria manu appendi Ego awillus rector ecclesie sancti puranti vticensis dioecesis decretorum doctor hiis allegationibus tanquam veris assencio et sigillum meum apposui cum aliis dominis et doctoribus vtriusque iuris qui adheserunt et subscripserunt dictisque conclusionibus et earum allegationibus velut veris asserunt Tu simplex crede in humiliori tantis et aliis viris solempnibus ex iure expertis Nec te moueat dictum cuiuscunque seducentium in contrarium Si tamen conscientiam contrariam haberes illam depone alias tu edifices ad gehennam Et sic est finis huius tractatus.* Eorum, quorum *quaestiones* sequuntur a fol. 45 usque ad 64, unum tantum novi Johannem Dieppurg dictum de Francfordia, doctorem Heidelbergensem c. a. 1430, quem Trithemius de Scriptt. eccles. c. 764 (p. 178 Fabric.) virum dicit in divinis scripturis eruditum nec saecularis philosophiae ignarum, dispu-

tatorem acutum et declamatorem sermonum egregium, Ludovici ducis Bavariae et comitis Palatini Rheni quondam capellanum et secretarium et in multis arduis causis saepe legatum, non spernendae lectionis opuscula scripsisse, quibus memoriam sui nominis posteris reliquerit: de Henrici VII autem imperatoris extravagantibus Bartolique in eas commento, quod legitur a fol. 65 usque ad 96, Savigny l. c. T. VI, p. 157 disputandi nobis compendium fecit, nec Martinum Sulimani idem praetermisit T. V, p. 373 sqq., cujus esse *summam de feudis*, quae in nostro codice legitur fol. 115 — 136, docet subscriptio: *Et sic est finis huius summule domini Martini sulmanni super vsibus feudorum secundum XVII rubricas Sub anno domini M° CCCC° XXXVIII° etc.* Libelli *de zelo christiane religionis*, qui sequitur inde a fol. 137, epistola dedicatoria sic incipit: *illustri et magnifico principi domino suo domino Rudolffo duci Saxonie Luppoldus de Bebenburg decretorum doctor licet indignus suus clericus* etc., quo de homine cf. Trithem. l. c. p. 141 et Fabric. Bibl. Med. Aet. T. I, p. 493 et T. IV, p. 796, unde episcopum Bambergensem fuisse discimus ab anno 1252 ad 1363; in fine totius libri legitur fol. 159 b: *Completa est libelli Conpilatio praesentis in Ciuitate Erffordensi Sub anno domini millesimo CCCC° XXXVIII° etc.*, adjuncta tabula *regnorum christianitatis*, quae sunt: *Imperium Grecorum, Regna Cypri et Armenie ultra mare, Imperium Romanorum, Regna Francie et Sicilie*, quorum utrumque *duo reges occupant*, deinde *Anglie, Castelle, Portulagie, Nauarie, Arragonie, Maioricarum, Legionum, Dacie, Swecie aut Swenorum s. Sweden, Norwagie, Vngarie, Polonie, Bohemie.* Commentariorum de constitutionibus, qui hunc librum excipiunt, unus tantum auctor nominatur, neque is in vulgus notus, fol. 172 b, ubi haec leguntur: *Explicit Repeticio Eximii decretorum doctoris domini gwilhelmi de horborg*, nec de libro, qui sequitur, *de regimine prae-*

*seruatiuo et conseruatiuo et curatiuo tempore pestilenciali* quod apponam habeo nisi principium fol. 214: *Cum varie egritudines proueniant tempore pestilenciali, ut narrat ypocras sufficienter in octo libris epidemiarum* etc.; Johannem Urbach autem, cujus *summula processus judicii* legitur inde a fol. 226, eundem esse censeo quem Trithemius l. c. p. 168 appellat Johannem de Auerbach, presbyterum ecclesiae Bambergensis, virum in divina scriptura studiosum et eruditum, ingenio clarum, sermone scholasticum etc. Ceterum hic liber ab antiquiori manu per columnas scriptus est seriusque demum una cum insequentibus antecedentibus agglutinatus esse videtur; certe in his quoque et manus diversae et margines circumcisi inveniuntur; cum ipso Urbachii libro fol. 300 conjuncta est *Bulla concessa clero et nobilibus ciuitatis et dioecesis vratislauiensis super contractibus redemptionis* cum *tractatu declaranti* usque ad fol. 302. *Tractatus de actionibus* in fol. 360 incipit sic: (Q) *via que breui compendio ornantur fastidium non generant sed facilius memorie commendantur* etc., fol. 369 autem *alius tractatus de vita actionum*, quem jam in proximo superiore codice cognovimus; postremo fol. 372 tractatus de successionibus, cujus haec sunt extrema: *Circa quae vide quae diximus in materia compendiose v. circa secundum — explicit etc.*

# CLASSIS QUARTA.

## LIBRI THEOLOGICI.

*D.* 1. Codex membranaceus saec. IX foliorum CXXIV formae octonariae A. M. — Continet Psalterium latinum interprete Eusebio Hieronymo.

Initio: *Eusebius hieronymus Sophronio suo Salutem dicit Scio quosdam putare psalterium in quinque libros esse diuisum* etc. In fine: *et abstuli opprobrium de filiis israhel finis deo gratias Amen.*

*D.* 2. Codex membranaceus saec. XIII folior. CLIX form. quadratae A. M. antea *S. Mariae Virginis de Aulesburg.* — Continet *a*) Evangelia S. Johannis et S. Marci latine cum glossa; *b*) Cyclos paschales sine glossa, *c*) Glossarii latino-germanici fragmentum, *d*) Collectionem carminum elegiacorum.

Inc. (O) *mnibus diuine Scripture paginis euangelium excellit* etc. In fine fol. 92: *ubi neque nubent neque nubentur.* Fol. 93: *Marcus euangelista domini et petri in baptismate filius* etc. In fine fol. 147: *ut liberi contemplentur formam domini Explicit Evangelium.* Deinde per folia duo et dimidium ab alia manu sequuntur tabulae paschales, fol. 150 b autem in media pagina glossarium incipiens: *coloni* (supra scr. §. *anderes lant sezan*) *locatum agrum colunt* etc. usque ad fol. 151 b, ubi post verba: *stomachus graecum et interpretatur os et subauditur ventris* etc. sequitur fragmentum Augustini ex libro *de Agone*,

*qui sic incipit: Corona uictorie non promittitur nisi certantibus* § *de humilitate Christi: Stultis dicentibus quare non poterat dei sapientia aliter liberare homines* etc. Postremo inde a fol. 152 seqq. tertia manus scripsit elegias anonymas, quarum primae hoc principium est:

*Destituit terras decus orbis gloria rerum*
*Virtus mortali dicta negare mori* etc.

extremae autem hoc:

*In cratere meo thetis est deuicta lieo*
*Est dea victa deo* etc.

Reliqua situ et madore hausta ex parte tantum nec satis dilucide a juniore manu restituta sunt.

*D.* 3. Codex membranaceus saec. XIII foliorum CLXVII formae maximae A. M. — Continet S. Pauli epistolas latine cum glossa.

Inc. *Quemadmodum prophete post legem datam per moysen contra quedam rediuiua uicia specialem dederunt correccionem, ita apostolus post euangelium* etc. In fine: *ostendit solum posse sufficere ad salutem.*

*D.* 4. Codex membranaceus saec. XIII foliorum CLXII formae maximae A. M. — Continet Haymonis expositionem Apocalypsis S. Johannis Evangelistae.

In primo folio: *Hunc librum contulit dominus Cunradus cantor fritslariensis ecclesie sancte marie virginis in Aulesburg. Qui tulerit anathema sit. Amen.* In eodem folio verso: *Incipit prologus haymonis in expositionem apokalipsis beati johannis apostoli: Legimus in ecclesiastica hystoria beatum Johannem a Domitiano cesare iniquissimo* (cod. 11: *impiissimo*) *in path-*

*mos insula relegatum* etc. In fine: *ut a gratia inchoaret et in gratia terminum poneret EXPLICIT: Liber sancte marie virginis in Aulesburg. quem contulit ei dominus Cunradus cantor fritslariensis. Seruanti benedictio. tollenti maledictio anathematis. Amen.* In eodem folio extremo: *Liber cisterciensis ordinis beate marie virginis.* Ipsius commentarii aliud exemplar habemus in codice chartaceo D 11; plura passim in bibliothecis exstant, ut in Gothana, de qua cf. Jacobs. Beiträge T. II, p. 64. Scriptorem plerique dicunt Haymonem Fuldensem, Alcuini discipulum et episcopum Halberstadiensem saec. IX, de quo v. Fabric. Bibl. M. A. T. III, p. 543 et quos laudat Saxius in Onomast. T. II, p. 110; sic v. c. Trithemius de Scriptt. Eccles. c. 257, Dupin Nouv. Biblioth. des auteurs eccl. T. VII, p. 176, Montfaucon Bibl. Bibl. T. II, p. 1475 etc. mirorque Jacobsium, qui l. c. T. I, p. 117 eundem alii Haymoni archidiacono Cantuariensi saec. XI tribuit, nescio quibus rationibus ductus, nisi forte quod Centuriae Magdeburg. IX, p. 323 easque secutus Usserius in Bibl. Theol. Ms. p. 140 eum Halberstadiensis esse posse negant, quia in primo libro c. 1 Ansberti Ambrosii dictum citet, qui aliquot annis post illum sub Arnulfo imperatore vixerit. Sed hoc argumentum dici non potest quantopere vacillet, siquidem in altero nostro codice D. 11 nihil legitur nisi haec: *quo in loco beatus dicit Ambrosius*, ut facili negotio etiam clarissimus ille Mediolanensis episcopus intelligi possit, cujus geminus locus exstat in libro de Abrahamo patriarcha I, c. 6 (T. IV, p. 181 ed. Basil. 1567), in altero autem, quem nunc tractamus, a recentiori demum manu in rasura additum est *Autperti* nomen, utque etiam hunc intelligi posse concedamus, quippe qui et ipse commentariorum in Apocalypsin libros decem ediderit, tamen quum centum fere annis ante Haymonem Halberstadiensem mortuus sit sub Desiderio rege Longobardorum, ne ipsius

quidem memoria obstabit, quo minus librum, in quo eam inveniamus, ad illum auctorem referamus; cf. Fabric. Bibl. M. A. T. I, p. 216.

*D.* 5. Codex membranaceus saec. XIII foliorum CXLV formae quadratae, olim *diue virginis marie in breudenaw.* — Continet *a*) Smaragdi diadema monachorum, *b*) Cassiani de institutis et regulis monachorum libros IV, *c*) Isidori episcopi de officiis divinis libros II, *d*) Elucidarium qui vulgo Anselmo Cantuariensi tribuitur, ab alia manu scriptum.

De Smaragdo abbate S. Michaelis ad Mosam in dioecesi Viridunensi saec. IX scriptore ejusque diademate cf. Fabric. l. c. T. VI, p. 558, qui id praeter antiquiores nonnullas editiones in Bibliotheca Maxima Patrum T. XVI, p. 1305 sqq. excusum esse annotavit; manu scriptum multis in locis inveniri ex Montfauconi et Haenelii Catalogis apparet, quibus adde Jacobs. l. c. T. II, p. 144. Nostro in codice principium cum parte indicis abscissum est; incipit: *XII de pace XIII de obediencia* etc.; deinde in fol. 2 libri ipsius initium sequitur: *De oratione Hoc est remedium eius qui viciorum temptacionibus exestuat* etc. In fine fol. 65 b: *ut animi puritate spirituale gaudium habere mereamur. EXPLICIT Liber Smaragdi abbatis qui diadema monachorum vocatur. Incipit prologus cassiani uiri eloquentissimi ad castorem episcopum Veteris instrumenti narrat historia* etc. Cassianus est abbas Massiliensis mortuus a. 444 p. Chr., cujus opera cum commentario Alardi Gazaei prodiere Atrebati 1628 fol.: nostri libelli praeter Romanae ecclesiae auctores etiam Photius meminit in Biblioth. c. 197, p. 161 Bkr., ubi argumentum ejus ita enarrat: τύπους δ' οὗτος καὶ κανόνας ἀπαγγέλλει, καθ' οὓς ἐβίω τὸ ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ συστήματα μοναδικὸν κ. τ. λ.: cf.

Fabric. Bibl. Gr. T. VIII, p. 452 et Bibl. M. A. T. I, p. 989. Finem habet in fol. 90 a simulque *Incipit praefatio Isidori episcopi ad fulgentium episcopum de diuinis officiis*, qua absoluta in fol. 91 liber primus incipit, secundus autem in fol. 106, prouti typis expressi exstant; in fine fol. 125 a: *Explicit liber isidori episcopi de officiis Tu vero domine miserere nostri Deo gratias.* Postremo fol. 125 b *Incipit prologus in librum qui elucidarius appellatur*, hoc initio: *Sepius rogatus a condiscipulis* etc., sicut legitur in Anselmi operibus, Paris. 1721, p. 457 — 487, quanquam rectius tribuitur Honorio Augustodunensi scholastico saec. XIII; cf. Fabric. Bibl. M. A. T. III, p. 814 et Jacobs l. c. T. II, p. 105; extrema haec sunt: *et uideas regem gloriae in suo decore et uideas bona ierusalem omnibus diebus uitae tuae. Amen amen.*

*D.* 6. Codex membranaceus saec. XIII aut XIV per columnas scriptus folior. CCLXIV formae quadratae A. M. — Continet Petri Comestoris sive Trecensis historiam scholasticam.

In primo folio suprascriptum legitur: *Liber praesens concernit seu spectat Ad domum bubalorum ordinis Sancti Johannis*; deinde: *Incipiunt tituli secundum Genesin. Prologus epistolaris. hystoria scolastica* etc. In fine haud exigua desunt; desinit enim in capite *de proditione* (sic) *simonis magni* (magi) his verbis: *in perditione pecunia*, quibus in imo margine adduntur: *tua tecum sit.*

*D.* 7. Codex membranaceus saec. XIV foliorum LXXXV formae duod. — Continet *a*) Petri Aldefunsi librum de disciplina clericali, *b*) ab alia manu ut videtur antiquiore librum de anima mundi.

Prior liber est Petri Alphonsi, ex Judaeo Christiani, qui vixit

circa a. 1100; cf. Fabr. Bibl. M. A. T. V, p. 711 et Saxii Onomast. T. II, p. 210. Typis nondum expressum arbitror. Fol. 1: *Incipit prologus prouerbiorum petri aldefunsi, qui appellatur clericalis disciplina Dixit Petrus Aldefunsi seruus jesu christi compositor hujus libri gratias ago domino meo etc.* Fol. 2 absoluto prologo liber ipse sic incipit: *Enoc philosophus qui lingua arabica cognominatur edric. dixit filio suo. Timor domini sit negotiatio tua et ueniet tibi lucrum bonum sine labore etc.* In fine: *Explicit liber petri aldefusi*

*Hic liber est scriptus per bartholi sit benedictus*
*Qui scripsit scribat semper cum domino uiwat*
*Laus tibi sit christe quoniam liber explicit iste.*

Deinde fol. 46 *Incipit Liber anima mundi nuncupatus. A magno philosopho simulque theologo compositus. Quoniam. ut ait tulius in prologo rethoricorum eloquentia sine sapientia nocet etc.* et in eodem folio verso post prologum: *Phylosphia* (sic) *est eorum quae sunt et non uidentur et eorum quae sunt et uidentur certa. Certa comprehensio etc.* In fine: *sed quoniam de propositis supra id est de eis quae sunt et non uidentur et de eis quae sunt et uidentur sectantes compendia diximus. Rationem operis termi nemus. Explicit Anima mundi. Liber electus in quo de prima causa omnium rerum usque ad hominem descendendo per regionem ethercam et elementarem multa tractando de hominis conplexione lucide declaratum est;* ab alia manu autem additum legitur §. *de physionomia.*

*D.* 8. Codex membranaceus saec. XIII aut XIV a diversis manibus per columnas scriptus foliorum XC formae quadratae, quorum tamen LXIII et LXIV sunt chartacea a manu juniore; olim *S. Thomae in Bursfeldia.* — Continet sermones, ut videtur,

et in fine annexum *tractatum de instinctibus magistri Hynrici de Frymaria* in foliis tribus et dimidio chartaceis saec. XV ineuntis.

Inc. *Hora est iam . . . . sompno surgere* etc. In fine: *Tene ergo dominum in te per amorem et tene te in domino per timorem*, post quae posterior manus adjecit aliam brevem orationem incipientem: (T) *ulerunt lapides iudei ut iacerent in eum* etc. Henrici autem tractatus incipit: *Semen cecidit in terram bonam* etc. et finitur: (Q) *vartus instinctus est naturalis qui summopere est vitandus quia nimis periculose impugnat hominem spiritualiter perficere cupientem Ad cujus majorem evidenciam est considerandum quod homo spiritualiter perficere desiderans* — quo in exitu multa deesse facile apparet. Ejusdem libellum de decem praeceptis habemus in cod. D. 11; liber de discretione spirituum sive de quadruplici instinctu, divino, angelico, diabolico, et naturali, prodiit Antverpiae 1652. 8, edente Cornelio Dielmanno, qui etiam vitam Henrici praemisit. Thuringus natione docuit Parisiis, inde vero Provincialis ordinis S. Augustini per Saxoniam et Regens studiorum coenobii Pragensis defunctus est prope octogenarius a. 1340, cf. Fabric. Bibl. M. A. T. II, p. 629.

*D.* 9. Codex partim chartaceus partim membranaceus saec. XIV folior. CCXXXIII formae maximae per columnas scriptus; olim *sanctorum Thome et Nicolai in Bursfeldia.*

Inc. *Lectura tertii libri, sententiarum Distinctio prima* etc. Sunt distinctiones quadraginta, numeris suis in superiori margine signatae; in fine mutilus liber deficit in verbis: *sed pocius delectacionem . . .*

D. 10. Codex chartaceus saec. XIV aut XV foliorum LXX signatorum formae quadratae. — Continet praeter primum fo-

lium, quod posterioris originis est et ex alio libro abscissum huic a bibliopego tantum praefixum esse videtur, *a*) preces et cantica notis musicis distincta in honorem S. Viti, *b*) a recentiori manu canticum in die sacrosancto pentecostes ad processionem.

Initio: *Manares et odor discretio* etc. Versus heroici XXXI cum glossis interlinearibus. Fol. 2: *In festiuitate sancti viti martiris In primis vigiliis super preces* (?) *Magnificemus dominum christum salutare nostrum* etc. Fol. 9: *Incipit passio Sancti viti martiris lectio prima Tempore quo valerianus praeses sub diocletiano et maximiano inperatoribus persecutionem christianorum in lycia prouincia exercuit* etc. Fol. 23 inter notas musicas: *Lumen ad reuelationem gentium et gloriam plebis tue israhel* etc. Fol. 63: *Repleti sunt omnes spiritu sancto* etc.

*D.* 11. Codex chartaceus saec. XV a diversis manibus scriptus partim per columnas foliorum CLXVI formae maximae; olim *sanctorum Thome et Nicolai in Bursfeldia.* — Continet *a*) Haymonis expositionem in Apocalypsin, *b*) Augustini tractatus decem in epistolam S. Johannis, *c*) Bullam Bonifacii IX de festo visitationis Mariae cum declaratione Johannis Hagen et decretis Eugenii IV et concilii Basiliensis, *d*) Jacobi Magni libellum de divinationibus et sortilegiis, *e*) Henrici de Frimaria tractatum decem praeceptorum, *f*) tractatum de passione domini et similia alia.

De Haymone ejusque commentario vide superius ad cod. D. 4; Augustini tractatus exstant inter ejus opera (Paris. 1689) T. III,

p. 826 sqq.; nec Bulla Bonifacii abest a Magno Bullario (Luxemb. 1727. fol.) T. I, p. 272; declarationem autem Johannis Hagen quod inter plurimos ejus libros, quos enumerat Trithemius l. c. p. 196, non inveni, neutiquam mirandum est, siquidem is ipse plus quam trecentos libros eum reliquisse narrat, quorum se exiguam tantum partem legisse, eademque causa est eorum, quae inferius in codd. D. 13. 14. 17 ejusdem nomen prae se ferunt. Ceterum hinc auctoritas accedit Fabricio, qui in Bibl. M. A. T. III, p. 247 hunc Johannem Hagen Carthusiensem sedulo distinxit ab alio cognomine et aequali Benedictino, qui a. 1439 ipsius monasterii Bursfeldensis Abbas factus est (cf. Leukfeld Antiqu. Bursfeld. p. 24), qui si idem fuisset, in nostris codd. profecto non solo Carthusiensis nomine appellatus esset. Denique libri de divinationibus scriptor non dubito quin sit Jacobus ille cognomine Magni Tolosanus, vir in divinis scripturis eruditus et philosophiae naturalis cognitione insignis, cujus Sophologium commemorant Trithemius l. c. p. 162 et Fabricius Bibl. M. A. T. IV, p. 31; floruit c. a. 1400. — Fol. 1: *Incipit exposicio domini heymonis in Apocalipsim johannis Legimus in ecclesiastica hystoria* etc. In fine fol. 103 a: *Explicit Expositio Heymonis in Apocalipsim Johannis Anno domini M° CCCC° XL° V° XII° kalendas Septembris Bene Aue Maria gratia plena etc. per fratrem Johannem de hildensem in bursfeldia.* Fol. 104 vacuum est; in fol. 105. *Incipiunt capitula tractatuum sancti Augustini in epistolam sancti Johannis Quod erat ab initio Tractatus primus de die lucis. id est dominica* etc. In fine fol. 137 a: *quam tu credas Christo predicanti Amen.* In eodem verso: *Declaratio religiosi patris johannis hagen carthusiensis. super indulgentiis bulle bonifacii pape. de festo visitationis gloriose virginis marie* etc. Deinde fol. 138: *Decretum corroborationis Eugenii pape IIIIti de institutione festiuitatis*

*gloriosissimi sacramenti eucaristie cum additione certarum indulgentiarum* etc. In eodem verso: *Decretum sacri concilii Basiliensis de conceptione gloriosissime ac dignissime dei genitricis virginis Marie* etc. Fol. 139 bulla ipsa sic incipit: *Bonifacius episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam: Superni benignitas conditoris humanam creaturam ad similitudinem suam creatam* etc. In fine: *Datum Rome apud sanctum petrum V Id. Noucmbris. pontificatus nostri anno primo etc. Deo gratias.* Fol. 140 vacuum est; fol. 141 libellus *de diuinationibus et sortilegiis* sic incipit: *Illustrissimi principis regis francorum deuotissimo confessori domino michaeli diuina prouidentia antisiodorensi episcopo humilis sui patrocinii Cappellanus frater jacobus Magni ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini continuum pro viribus famulandi officium* etc. In fine fol. 143 sex versus *de miseria hominis*:

*Omnes dant e uel a quotquot nascuntur ab eua* etc.

Fol. 144, suprascripto *anno domini* 1426: *Audi israel praecepta domini et ea in corde tuo* etc. In fine fol. 159 a: *Explicit tabula super tractatum X praeceptorum edita pro instructione simplicium a fratre hinrico de vrymaria* (Frimaria, cf. ad cod. D. 8) *sacre theologie dignissimo professore ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini Ad laudem Dei qui est benedictus in secula seculorum Amen.* In eodem folio verso: *Tractatus pulcher de passione domini* (R) *eligioso viro fratri w* (enerabili ?) *ordinis carthusiensium prope traiectum nepoti meo karissimo* etc. In fine fol. 166 b: *Explicit epistola de solempnibus doctrinis.*

*D.* 12. Codex chartaceus saec. XV maximam partem per columnas scriptus foliorum CCLXX formae maximae. — Continet *a*) Postillam de sanctis, *b*) Sermonem de duodecim fructibus mis-

sae et alios similes, *c*) Postillam super evangelia dominicalia et de sanctis, *d*) Nicolai de Gretz expositionem symboli apostolici, *e*) sermonem de orationibus, *f*) Glossarium latinum, *g*) Theoduli eclogam de Pseusti et Alathea, *h*) Gersonis speculum peccatoris, *i*) tractatum de arte moriendi, *k*) Johannis de Francfordia tractatum de contractibus emtionis et venditionis, *l*) nonnulla ad celebrationem eucharistiae spectantia, *m*) Bullas de festo praesentationis S. Mariae ad templum.

Inc. *de sancto andrea apostolo sermo Relictis omnibus secuti sunt eum* etc. In fine fol. 100: *et quatuor oves pro una ove etc. Rogemus ergo etc etc etc.* In eodem folio verso: *Mt.* 28 *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi* etc. Fol. 102: *sermo de natiuitate domini Puer natus est nobis* etc. Fol. 103 vers. *Sermo de corpore christi Qui ejus indigne manducat* etc. Fol. 105: *Sermo de sacramento Eukaristie* etc. In fine fol. 106: *superfluum quaere in fine postille de sanctis.* Deinde ab alia manu fol. 107: *Incipit postilla super ewangelia dominicalia Et primo de Aduentu domini In illo tempore cum appropinquasset jesus iherosolimis* etc. In fine fol. 154 a: *Explicit postilla discipuli super euangelia dominicalia* 14. 49, post quae in altera columna sequuntur *memoria viuorum* et *memoria pro defunctis*, et in eodem folio verso: *Synodus Basiliensis Questio circa 3am dis. et 4tam 3y libri sententiarum queritur vtrum mater domini beata virgo fuerit in peccato originali concepta* etc. Fol. 155: *De sancto Andrea In illo tempore ambulans ihesus juxta mare* etc. In fine fol. 174 a: *Explicit postilla super ewangelia dominicalia et ewangelia de sanctis secundum sensum literalem collecta ex*

*sermonibus illorum doctorum scilicet ex postilla Nicolai de lyra super quatuor ewangelistas et ex postilla nicolai de Gorra et ex postilla sancti Thome de aquino super johannem et ex sermonibus Wilhelmi Lugdinensis de tempore et ex sermonibus Jacobi Januensis de tempore Et si quid in praesenti postilla minus posui in hoc me correctioni sancte matris ecclesie et cuilibet caritatiuo correctori subicio et offero ad emendandum*, et inferius: *Explicit postilla super ewangelia dominicalia Finitum Anno domini M° CCCC° Quadringentesimo Quinquagesimo Feria Quarta post dominicam Quasimodogeniti.* De Discipulo pluribus agemus ad Cod. D. 19, theologorum autem, unde postillam suam compilavit, notissimus est S. Thomas de Aquino, nec tamen minus clari aut Nicolaus de Lyra Normannus ex dioecesi Ebroicensi c. a. 1300, de quo multis egit Fabricius Bibl. M. A. T. V, p. 348 sqq., aut Jacobus de Viragine Januensis aequalis ejus, de quo idem T. IV, p. 51 sqq.; Nicolai Gorrani et Guilielmi Peraldi Lugdunensis sermones plerosque etiam nunc ineditos in bibliothecis latere idem T. III, p. 221 et 477 testatur. — Nostro in codice fol. 174 b sequuntur narratiunculae de Marcellino et Clemente V papis, Henrico I imperatore et Nerone ac Seneca hoc principio: *Anno domini 290 Marcellinus papa sedit annis nouem* etc., deinde fol. 175 a tituli librorum S. Scripturae et Aristotelis cum versione germanica, fol. 175 b autem continuantur sermones superius fol. 106 abrupti usque ad fol. 178. Tum ab alia manu fol. 179: *Qvicunque homo habens vsum rationis wlt* (vult) *venire in regnum celeste* etc., quorum scriptorem cognoscimus ex subscriptione fol. 192: *Finita est hec expositio symboli apostolorum Reuerendissimi magistri Nicolai de gretz per me Casparum p lxx in vigilia penth* (ecostes) *quasi hora II*; ejusdem sermo *de passione domini ab ipso praedicatus anno 1433 in castro Wien* commemoratur in Jacobs. Beitr. T. II, p. 154. Excipit

ab alia manu fol. 195 *de orationibus sermo: miseremini mei miseremini* etc. et similia alia usque ad fol. 200, quod vacuum relictum est; deinde rursus a priori manu, ut videtur: *Cum Brumali tempusculo multe lucubrationis nisu usque ad conticinium* etc. In fine fol. 224 a: *Istos siquidem indelebilium* (?) *scaturigines secundum vera totius latinitatis nomina prolatas omni o filioli cum diligentia disposui secundum alphabeti apices pueri* (*ut audistis*) *expressim digestas: sic mente suscipite et memoriter recolite ut ad vestram aliorumque proficiatis informationem quaeque locis oportunis autentice sunt prolate diligenter ad memoriam reuocate et memoriter ceteris commendate ad dei laudem diueque virginis gloriam et honorem amen deo laus in perpetuum etc.* in folio eodem verso autem prooemii major pars repetita est cum explicatione interlineari. Theoduli eclogae cum glossa, quae triginta folia implet, lectiones variantes et alia specimina a me communicata exhibuit Aug. Aem. Alfred. Beckius Gothanus in editione novissima, quam Philosophorum ordini in hac Academia pro specimine inaugurali obtulit a. 1836, p. 19 sqq.; qua absoluta in fol. 255 incipit *Speculum peccatoris cancellarii parisiensis* his verbis: *Quoniam karissime in huius via vite fugientis sumus* etc. moxque fol. 258 *Sequitur tractatus de arte moriendi* incipiens: *Si veraces fidelesque amici cujuspiam egroti curam diligentius agant pro ipsius vita corporali* etc. proximoque folio desinens: *et tandem salutem requireret etc. Deo gratias.* In eodem verso alia manus nonnulla in fugam vacui adjecit, fol. 260 autem Tractatus emptionis et venditionis incipit: *Venerabili in christo patri dei gratia episcopo warmucensi uel eius vicario in spiritualibus ffalhardus de th . . loco cantor ecclesie chathacensis decretalium doctor domini pape cappellanus salutem in domino etc.*; deinde fol. 266: *Si contingit quod sacerdos ante consecrationem vel post moritur* etc., fol. 268 b: *de venerabili sacramento ewkaristie Statuit sancta mater ecclesia ut christianus sumat eukaristiam* etc., denique fol. 270

duae bullae Pauli II papae, quarum prior data est *rome aput sanctum petrum anno incarnationis dominice m. ccccl xjjjj XVI kal. octobris pontificatus nostri anno primo*, altera eodem anno *XII kal. februarii.*

*D.* 13. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCXII per columnas scriptorum et ita signatorum, ut singulae columnae praeter indicem una ex XXII alphabeti literis notentur, quae quinquagies ter recurrunt, formae maximae; olim Sancti Thomae in Bursfeldia, cui secundum folium praefixum Henricus Slichtius eum dederat. — Continet Johannis Hagen expositionem in apocalypsin S. Johannis.

Initio: *Apologia in expositionem libri apote* (sic) *scquentem Apocalipsis est diuina reuelatio* etc. In fine fol. 285 b col. a: *Collecta sunt hec in carthusia prope erfordiam ad quorundam devotorum instantiam Anno domini* 1453 *propter christum dominum nostrum Que etiam collecta transscripta sunt et excopiata Anno domini* 1460 *in vigilia beati Mathie apostoli (per dominum Johannem Slichtium de gunterman* *) *Quicunque hoc legerit pro editore et scriptore aput deum oret.* Deinde in sequ. columna: *Incipit registrum hujus libri Abel primus justus dicitur* 22 *d* 4 etc. In fine fol. 310: *Zona aurea precingi debent corda nostra* 41 *g* 3 *et sic est finis.* Quae in extremis duobus foliis leguntur, in vacui fugam adjecta esse apparet.

*D.* 14. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus a variis manibus foliorum CCCXXXVIII formae maximae; liber Sancti Thomae in Bursfeldia. — Continet *a*) Johannis Hagen sive

*) Haec ab alia manu posterius adjecta sunt.

de Indagine Glossam in tertiam quinquagenam psalterii; *b*) librum Malogranati; *c*) Lumen animae; *d*) Johannis Palmar proposita contra Bohemorum errores posterius agglutinata et in margine circumcisa.

Inc. *Glossa 3e quinquagene psalterii pulcherrima per deuotum patrem Joannem de Indagine Carthusiensem edita Domine exaudi orationem meam* etc. In fine fol. 134 a: *Finitus et completus Anno Incarnationis Domini nostri Jesu christi millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo septimo Decimo kalendas Martii post meridiem hora semisecunda In Bursfeldia Qui me scribebat de dülken nomen habebat.* Fol. 135 *Incipit prologus in primum librum malogranati, qui tractat de statu incipientium vel penitentium siue nouiter conuersorum* hoc principio: *Nota quod opus subsequens seu liber siue tractatus intitulatur malogranatum qui tractat de triplici statu religiosorum* etc., quem eundem esse suspicor cum eo, qui ab Haenelio p. 634 inter codices Basilienses recensetur hoc indice: *Malogranatum, liber per modum dialogi, continens narrationem librorum theologicorum, compositum a religioso quodam abbate monasterii Aulae Regiae in Bohemia ord. Cisterc.* 1465. — Fol. 216 vacuum est; deinde fol. 217 *Incipit liber dictus lumen anime Capitulum primum de altitudine mundana: Philosophus in sexto animalium In cunctis quidem mortuis pectus altius solito eleuatur* etc. finiturque fol. 293 a: *vt sic sancte trinitatis lumen isto lumine prius cognito valeamus intueri quod nobis prestat sacrum flamen in secula seculorum Amen Explicit lumen anime Incipit registrum ejusdem Altitudo mundana I* etc. Quae sequuntur fol. 296 b: *Thalomoth est doctrina et diuiditur in quatuor libros quorum quilibet appellatur cezar* (sepher?) etc., unde ducta sint nescio;

finiuntur in fol. 300 a verbis: *quod submiserat fere duodecim exploratores* ***Et sic est finis:*** quem etiam codicis finem fuisse patet; reliqua antiquiora esse vel principium ostendit: . . . . ***auditor contra . . hereticorum errores elucidauit . . . Anno domini M CCCC XXX secundo in quadragesima*** etc. Ceterum de hoc libro cf. Fabr. Bibl. M. A. T. IV, p. 322, qui Johannem Palmerum Anglum in concilio Basiliensi contra Hussitas decertasse tradit; eundem esse qui illic commemoretur *contra articulos Bohemorum* docet subscriptio: *per jo. palmar doctorem decretorum proposita contra bohemorum errores.*

*D.* 15. Codex chartaceus saec. XV a diversis manibus scriptus foliorum CLIV formae duod. olim *liber sancti Thome in Bursfelt.* — Argumentum codicis in folio praefixo sic enotatum est: *Exercicium deuotum circa missam I. Stimulus amoris II. De scrupulositate celebrandi missam III. De sacra communione IIII. De pollucione nocturnali V. De detractione cancellarii parisiensis VI. Tractatus ejusdem de remediis contra scrupulositatem VII. De scrupulosis in regula sancti benedicti VIII. Tractatus de confessione VIIII. De diuersitate cogitationum X. Notabile quo studio deus sit adorandus XI. Exercicium de passione domini nostri XII. Stella deuotorum XIII.*

Fol. 1: *O venerande dei sacerdos qui ad dignissimum altaris sacrificium accedere praesumis* etc. Fol. 13: ***Incipit stimulus amoris hugonis de sancto victore*** *Attendite gentes et ammiramini karitatem dei* etc., quod principium ideo potissimum adscripsi, quia hunc libellum inter eos, quos Fabric. Bibl. M. A. T. III, p. 883 sqq. ex editione Rothomagensi a. 1548 enumerat, non inveni; de ipso Hugone accurate egit A. Liebnerus in libro praeclaro: Hugo von St.

Victor und die theologischen Richtungen seiner Zeit, Lips. 1832. 8. In fine fol. 44 b: *Explicit stimulus amoris hugonis de sancto victore Anno domini m. cccc. quinquagesimo septimo sexta feria post festum sancti bartholomei Amen Orate pro scriptore aue maria.* Fol. 45: *johannes gerson de celebratione Dubitatum est apud me frequenter et diu praesertim post susceptum sacerdotium* etc. In fine fol. 64: *Explicit hic tractatus Anno domini m. cccc.* 50° 7° *feria* 6ª *post primam dominicam aduentus Explicit tractatus bonus de celebratione misse editus a magistro Johanne de Gersone sacre theologie professore et studii Parisiensis summo Cancellario etc. Iste magister Johannes Gersonis fuit nobilis doctor qui etiam compilauit tripartitum de confessione etc ex quo de arte moriendi liber excerptus est Item libellum de modo recipiendi temporalia a religiosis Epilogia et quam plures alios,* unde haud scio an augeri possit catalogus scriptorum Joh. Gersonis, quem exhibuerunt Trithemius l. c. p. 175 et Oudinus de Scriptt. eccles. T. III, p. 2269 — 2291; certe etiam in hoc aliisque codicibus sequentibus, quod semel monuisse sufficiat, nonnulla exstant, quae ne in recentissima quidem Gersonianorum editione Dupiniana (Antw. 1706, 5 Voll.) contineri videntur. Fol. 65: *Intendens celebrare aut communicare praeparando se faciat sicud jussit dominus* etc. Fol. 69: *dubitatur utrum nocturna pollucio sacerdotem impediat celebrare* etc. Fol. 73: *Questio bona magistri johannis gersonis Cancellarii parisiensis de detractione: Queritur an male loqui de aliis in eorum absentia sit peccatum* etc. Fol. 78: *Tractatus de remediis contra pusillanimitatem scrupulositatem deceptoriasque inimici consolationes et subtiles eius temptaciones per illuminatissimum johannem Gerson* etc. Fol. 91: *De scrupulosis in regula sancti Benedicti* etc. Fol. 103 b: *Incipit tractatus de confessione magistri roberti de*

*sorbona vel richardi archiepiscopi de rothomago*, quorum prioris nomen etiam prae se fert in Bibl. Max. Patrum T. XXV, p. 352, cf. Fabr. Bibl. M. A. T. VI, p. 307. — Fol. 115 *Dicta de diuersitate cogitationum et aliquarum remedia* incipiunt sic: *Et quid cogitatis mala in cordibus vestris Math.* etc. In fine fol. 122 a: *Hec Johannes abbas montis synai in tractatu de triginta gradibus*, qui vide ne idem sit cum Johanne duce monachorum in monte Sinai, cujus Sermonem in Bibl. Argentoratensi commemorat Haenelius p. 451. — Fol. 122 b *De opibus mundi* incipit: *Beatus qui intelligit super egenum et pauperem in die mala liberabit eum dominus* etc. Fol. 127: *Notabile quo studio deus sit orandus* etc. In fine fol. 140: *Contenta in hoc sexterno scripsit pater Johannes de Dyck pie recordationis prior monasterii nostri defunctus ante altare beate marie virginis gloriose anno domini m. cccc lvjjj In crastino sancti Ambrosii episcopi*, et ab alia manu: *Item anno domini 1506 obiit pater daniel silriter prior monasterii nostri sepultus ante praefatum altare circa murum chori In die apollonie virginis in cuius profesto obiit feliciter.* Deinde fol. 141: *Quali stella matutina* etc. In fine fol. 160 a: *Explicit tractatulus cuius stella clericorum extat tytulus.* Postremo fol. 160 b: *Vt autem sacerdos circa penitenciam dispensandus* (dispensandam?) *cautius arbitretur notandi sunt casus in quibus sunt canones certe penitencie* etc. et in fine: *Expliciunt casus in quibus habentur certe penitencie siue pene.*

*D.* 16. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCCXLVII signatorum formae maximae, olim *Sancti Thome in Bursfeldia* cum hac nota addita: *Anno domini M. CCCC LIX° emit pater noster abbas id est dominus Johannes Rodenborch de haghen hunc librum pro certa summa pecunie.* — Insunt secundum folium praefixum *Sermones operis separtiti valentissimi sacre pagine*

*professoris magistri nycolay de dinckelspuhel in praeclaro wiennensi studio artificiose compilati: Opus de decem praeceptis decalogi — Item opus de tribus partibus penitencie* 106 — *Item opusculum super orationem dominicam* 154 — *Item opus de septem viciis capitalibus* 197 — *Item Confessionale valde egregium* 283 — *Item opus de octo beatitudinibus* 301.

**Johannes de Haghen idem est quem superius ad cod. D 11 a cognomine Carthusiensi distinguendum dixi; nomen ejus gentilicium quod hinc apparet Rodenborch ne Leuckfeldo quidem notum fuisse videtur. — De Nicolao de Dinkelsbühl, universitatis Viennensis rcetore et Alberti V Austriaci legato in conciliis Constantiensi et Basileensi, cf. Trithemium p. 171 et Fabricium Bibl. M. A. T. II, p. 86 sq. Singulorum librorum initia, quum omnes qui hic leguntur typis expressi exstent in edit. Argentoratensi 1516 fol., exscribere supervacaneum duxi; extrema haec sunt:** ***Quod deo placeamus et mereamus pervenire ad beatitudinem eternam largitor nobis omnipotens deus Amen.***

*D.* 17. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCCXXVI formae duod. — Insunt secundum schedam praefixam: a) *Omelie Eusebii ad monachos*, b) *Exercitium pulchrum cujusdam regularis*, c) *Tractatus incitans ad veram humilitatem a vera et humili conuersatione christi*, d) *Tractatus qualiter ob amorem domini iesu possint respui vicia*, e) *Meditationes passionis christi*, f) *Manuale verbum beati Augustini*, g) *De imitatione christi primus liber*, h) *Tractatus qui intitulatur Regnum dei*, i) *Modus recolligendi se pulcher de peccatis et de sacra communione*, k) *Synonomorum* (sic) *beati ysidori*, l) *de diuina sapientia tractatus*, m) *Tractatus trium luminarium*, n) *Johannes Hagen super dominica oratione*, o) *Extracta de Climacho.*

De Eusebii homiliis, quae dicuntur, cf. Oudin. de Scriptt. eccles. T. I, p. 390 sqq. quosque praeterea laudat Fabr. Bibl. M. A. T. II, p. 392; easdem inferius inveniemus in cod. D. 32 una cum Caesarii sermonibus, quos et ipsos sublestae fidei esse Fabr. T. I, p. 878 monuit; typis expressae sunt Coloniae 1531. 12. Finiuntur in fol. 44 a; deinde post folium vacuum unum et preces ad Stum Joannem etc. fol. 47 *Exercitium pulchrum cujusdam regularis* incipit sic: *Cum dicat beatus bernhardus ad eugenium papam consideracio tua a te ipso primum se inchoet* etc. Hoc a duabus manibus scriptum et compluribus lacunis distinctum finem habet in fol. 65; post folium vacuum *sequitur tractatus ad veram humilitatem ex humili conuersatione dulcissimi domini jesu Ad altissimum gradum peruenisse uidetur ac difficillimum, qui ad hoc peruenit ut corde et animo vere et non ficte ita se vincit ac dominatur* etc. In fine fol. 76: *plenam gratiam inueniam in oculis tue majestatis AMEN. Sequitur tractatus siue exercitium pulchrum ad amorem domini iesu et qualiter ob ejus amorem possint respui diuersa vicia;* deinde fol. 77: *Pone me sicut signaculum super cor tuum* etc. Extrema verba sunt in fol. 94: *Et sic eam ab omni inquietudine hujus miserie pie liberauit*, duobus sequentibus foliis vacuis; fol. 97 sequitur *Quintus ramus de confidencia quam habuit in periculo passionis Jesus dolo venumdatus*, incipiens: *Passionem jesu christi considerare uolenti primum occurrit perfidia proditoris* etc. et desinens in precibus quibus in fine fol. 132 adscriptum est: *Ad supra scriptam orationem data est a summis pontificibus remissio et indulgencia omnium peccatorum.* Fol. 133: *Diui Augustini episcopi hipponensis manuale de verbo dei: quo sopita celestis desiderii memoria renouetur* etc. Fol. 168 vacuum est; fol. 169: *Sancti spiritus assit nobis gratia De imitatione jesu christi caput primum*

*Qui sequitur me non ambulat in tenebris* etc. In fine fol. 187: *Explicit imitacio christi anno domini mccccclxj° feria quinta post natiuitatem marie semper uirginis in hallis per me hildebrandum hardegesse scriptus*; in sequentibus autem sex foliis varia a variis manibus conscribillata, inter quae etiam carmen germanicum, incipiens:

*In den tyden van den iaren*
*Do god alle dingk vulbracht*
*van iudas wart he vorraden*
*den valschen ioden vorkofft* etc.

Poëta in ultima stropha appellatur Jacobus Rotingensis; deinde fol. 194: *Tractatus qui intitulatur Regnum dei intra vos est dicit dominus* etc. In fine fol. 219: *Expliciunt ammoniciones ad interna trahentes anno domini mcccclxxjx ipso die sancte scolastice uirginis per Hildebrandum p. plebanum in ellingen.* Sequuntur septem folia vacua; deinde in fol. 227: *Volens purgari a peccatis gratiam impetrare et indulgenciam consequi salutarem* etc. In fine fol. 246 a: *viriliter age et confortaberis Ama deum et in eternum amaberis Amen.* In eodem verso incipit *De commendatione solitarie vite ex statutis nostris*, sed post paucas lineas deficit nec nisi post quinque folia vacua ab alia manu minutissimis literis sequitur fol. 251: *Libellus sinonomorum beati isidori episcopi feliciter incipit Venit nuper ad manus meas . . cedula quam sinonoma dicunt, cujus formula persuasit animo* etc., adjectis inde a fol. 266 *clausulis*, ut dicuntur, *Virgilii, Ovidii, Oracii, Lucani, Maximiani, Esopi de Ripa* et aliis nonnullis usque ad fol. 271, ubi ab alia manu novus tractatus incipit ita: *A seculi inicio perplurimi transierunt libri et mundus diuersitate doctrinarum plenus est milleque modi viuendi sunt* etc. In fine fol. 272 b: *Tu uero summo conatu debes ad perpetuam cordis puritatem et mentis tranquillitatem ankelare atque cor iugiter ad deum eleuare*, statimque

*Incipit tractatulus breuis de diuina sapientia Cum ad deum tendimus et ad ipsum via artissima est* etc., quo absoluto in fol. 279 sequitur paraphrasis orationis dominicae incipiens *Currat deuotus deo ad illum benignissimum patrem* etc. Fol. 280 incipit tractatus trium luminarium: *Conuertimini ad me in toto corde vestro et conuertar ad vos* et sic porro, sed ut inde a fol. 286 medio ex latino in germanicum sermonem transeat ita: *Gregorius Contemplatiua vita est amor dei et christi vnde dy liebe des nehesten zu haben,* eumque retineat usque ad finem, qui fit fol. 320 in verbis: *daz hat nymant dan dez willen vnd godes willen zumal eyns ist dy eynunge gebe vns god Amen.* In fol. sequ. nihil legitur nisi haec in fine: *Sequuntur Quinquaginta tres dominice orationis exposiciones Religiosi patris Johannis Indaginis Carthusiensis prope Erffordiam,* fol. 322 autem: *Prologus In christo karissime Johannes. tua deuocio et caritas christi me compellit salua obediencia utcunque pro modulo paupertatis mee* et sic porro per folia triginta sex signata, post quae uno vacuo interposito ab alia manu in fol. 360 sequuntur *Extracta de Clymacho Primus gradus scale Abrenunciatio terrenorum et vane vite abdicatio uel abnegatio* etc. et alia excerpta varia a diversis manibus usque ad finem.

*D.* 18. Codex chartaceus saec. XV folior. CCCVIII formae quadratae, olim *S. Thomae in Bursfeldia.* — Continet *a*) Gerardi Groet epistolam de inordinata affectatione sacerdotii, *b*) Matthaei de Cracovia dialogum rationis et conscientiae de communione, *c*) Recollectiones pro communione, *d*) Hymnos et preces ecclesiasticas cum commentario.

Fol. 1: *Epistola magistri gherhardi groet pro quodam inordinate gradus ecclesiasticos et officium praedicatoris affectante,* cujus *prohe-*

*mium* ita incipit: *Consuluit quidam clericus non excessiue quamuis forsitan mediocris litterature* etc. In fine fol. 34 a: *Et tum de isto laus sit domino nostro ihesu cristo Amen Scriptum per hildebrandum pollen anno domini M CCCC LXIII.* De Gerardo Groet sive Magno Daventriensi, famosissimo saec. XIV theologo, cf. Miraei Auctarium de Scriptt. eccles. p. 82 ed. Fabr., ubi plurimos ejus libros etiamnunc in bibliothecis latere annotatur, praetereaque Meinersii Lebensbeschreibungen berühmter Männer aus den Zeiten der Wiederherstellung der Wissenschaften (Turici 1796. 8) T. II, p. 311 sqq., qui ex Thomae Campensis vita ejus (in operibus Col. 1728. 4, T. III, p. 21 sqq.) et Jacobi Revii Daventria illustrata (L. B. 1651, 4, p. 65 sq.) plura de eo narravit. — Fol. 34 b: *Istum tractatum siue dyalogum qui sequitur infra sepissime legendo rumines . . . . Et intitulatur sic: Dyalogus racionis et consciencie de communione nuper editus per magistrum matheum de cracouia sacre theologie professorem*, cujus ejusdem Sermones inferius inveniemus in cod. D. 23; noster libellus etiam typis expressus est aliquoties; cf. Lud. Hainii Repert. bibliogr. Vol. I, P. 2, p. 209 et omnino Oudin. de Scriptt. eccl. T. III, p. 1110 et Fabric. Bibl. M. A. T. V, p. 144. In fine fol. 48 a: *Explicit dyalogus rationis et consciencie de communione . . . Scriptus et finitus per me hildebrandum pollen Anno domini m° cccc° lxjjj° sabbato post festum sancte lucie virginis ac martiris gloriose.* In eodem verso *Recollectiones pro communione* incipiunt sic: *Venite ad me omnes qui laboratis* etc. moxque *Capittulum primum Cum quanta reuerentia christus sit suscipiendus* etc. Capita numero sunt duodeviginti, finis in fol. 58 hic: *si talia essent opera dei ut facile ab humana ratione caperentur non essent mirabilia nec ineffabilia dicenda etc. Deo gratias Et est finis*, quibus absolutis sequuntur definitiones pietatis, devotionis etc. usque ad extr. fol. 61. Hymnorum praefatio in fol. 62 incipit: (Ex) *sultate*

*et videte quoniam suauis est dominus etc Verba proposita sunt ipsius prophete* etc.; hymnus ipse primus fol. 66: *Conditor alme siderum* etc., extremus fol. 188 b: *Rerum deus tenax vigor* etc., addita glossa, cujus finis est in fol. 189: *quod nobis concedat marie filius qui viuit et regnat in secula seculorum Amen Et sic est finis Expliciunt exposiciones ymnorum Scriptum per hildebrandum pollen.* Fol. 190 vacuum est; in sequenti: *Labra ejus sicud lilia distillancia mirram puram Hec proposicio scribitur* 2° etc. Preces ipsae in fol. 192 hoc principium habent: *Grates nunc omnes reddamus domino deo qui sua natiuitate nos liberauit de dyabolica potestate* etc., finem autem glossae in fol. penult. hunc: *qui cum patre et spiritu sancto totoque exercitu supremo celestium pro hujus operis complemento sit benedictus in secula seculorum Amen Et sic est finis Scriptum per hildebrandum pollen.* In extremo denique fol. ab alia manu exstat *sermo de spiritu sancto.*

*D.* 19. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCXXXVI formae maximae cum literis initialibus pictis et hac nota in primae paginae margine inferiori: *Liber Reverendi patris domini Joannis Episcopi Cyrenensis Sacre theologie professoris ordinis minorum datur fratribus minoribus in Marpurg post obitum suum et intitulatur Sermones discipuli super Epistolas per totum circulum anni.*

Scriptor horum sermonum est Johannes Herolt, ordinis Praedicatorum c. a. 1418, qui se ideo *discipuli* nomen ascivisse ait, *quod in istis sermonibus non subtilia per modum magistri, sed simplicia per modum discipuli conscripserit et collegerit*, cf. Fabric. Bibl. M. A. T. II, p. 112 et Hainii Repert. Bibliogr. Vol. II, P. 1, p. 37, qui complures eorum editiones recenset; alia ejusdem postilla exstitit in cod. D. 12. Principium idem est quod superius cod. D. 8 ex Epistola ad Roman.

c. 13: *Hora est iam nos de sompno surgere* etc., sed sequentia diversa. Sermones omnes numero sunt LVI in superiori margine signati, quibus absolutis in fol. 226 b sequitur *Tabula super sermones praesentes secundum ordinem alphabeti* etc. In fine: *Explicit tabula super sermones disciputi super epistolas per totum circulum anni Anno domini m° cccc° lxjjjj° sabato post festum bartolomei hora vesperarum per me johannem de berrenkastel etc.*

*D.* **20.** Codex chartaceus saec. XV foliorum XCVII formae maximae, quibus praecedunt duo libri typis impressi s. l. e. a. nimirum *Epistola beati Euseby ad damasium portunensem epm et ad Theodomum senatorem romanum de morte gloriosi hieronimi doctoris* et *Tractatus de instructione seu directione simplicium confessorum editus a domino Anthonino archiepiscopo Florentino.* In primo folio adscriptum est: *Liber Reverendi patris domini Joannis Episcopi Cyrenensis Sacre theologie professoris ordinis minorum donatur fratribus minoribus in marpurg post obitum suum et intitulatur Epistola Eusebii Tractatus de instructione seu directione simplicium confessorum Gesta Romanorum*; in involucro autem *Academ. Marpurg.*

De gestis Romanorum, miro profecto mediae aetatis foetu, cf. quos laudat Ebertus in Bibliogr. Lex. T. I, p. 676; plura exspectamus a futuro eorum editore Adalberto Kellero, Phil. D. et Bibliothecario Tubingensi, cui etiam hujus codicis usus per aliquantum temporis concessus fuit. Inc. *Incipiunt gesta romanorum Gayus rex regnauit dives et prudens valde* etc. Gesta sunt numero XCII cum sua quodque *reductione* allegorica, in foliis LVIII signatis per columnas scripta; deinde uno folio vacuo relicto sequitur vita Jesu Christi versibus et prophetarum locis distincta per folia novem, cujus principium: *An-*

*nunciacio Vippera vim perdit sine vi pariente puella* etc. Folia 69 — 73 iterum vacua sunt; fol. 74 autem incipit *Theodosius de vita alexandri* hoc initio: *Rex cecilie allexandrum ad conuiuium* (in marg. *inuitauit*) *et quid sibi ferre potuit sollicitus cogitauit* etc. In fine fol. 92: *Nunc finem tetigi quem multum desideraui Et in hoc finitur vita alexandri compilata per theodosium scripta per me fratrem johannem middelburch ordinis fratrum minorum filium conuentus praefati tunc temporis studentem philosophie de gratia in colonia Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo dominica infra octauas apostolorum:*

*Penna precor cessa quoniam manus est michi fessa*
*Qui legat emendat scriptorem non reprehendat*
*Pro tali precio numquam plus scribere volo.*

Fol. 93 vacuum est; fol. 94 rursus Gestorum pars sequi videtur hoc initio: *Poncianus regnauit in orbe etc per istum imperatorem intelligere debemus quemlibet christianum* etc. In fine totius codicis: *Studeamus ergo etc Et sic est finis etc.*

*D.* 21. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCCXXXIV formae maximae, olim *liber Sanctorum Thome et Nicolai in Bursfeldia.* — Insunt secundum tabulam praefixam a) *Tractatus doctoris jacobi de supersticionibus*, b) Ejusdem *de erroribus et moribus modernorum christianorum*, c) Ejusdem *de abusionibus clericorum*, d) *Epistola Johannis Gersonis super moderatione casuum in foro penitentie*, e) *Epistola eiusdem de modo absoluendi*, f) *De quolibet aliquid eiusdem*, g) Eiusdem *Tractatus de celebratione misse*, h) *Sermo de vanitate seculi*, i) *Tractatus beati bernardi de honestate vite*, k) *Johannis Gerson Tractatus de modo orandi*, l) Ejusdem *de valore ora-*

*tionis*, m) Ejusdem *de attentione orationis*, n) *Liber beati Augustini de vera et ficta penitentia*, o) *Liber beati Augustini de vita christiana*, p) *De contemptu mundi ad clericos ejusdem*, q) *Consolatorium timorate consciencie Johannis Nider*, r) *Tractatus de squaloribus curie doctoris lurtzen*, s) *Tractatus de vita et honestate clericorum*, t) *Tractatus de horis canonicis persoluendis*, u) *Tractatus de temptationibus et impulsibus cordis Johannis Gerson*, v) *Sermones septem de septem viciis capitalibus*, w) *Meditatio passionis in omnes articulos cujusdam augustiniensis pulcher*, x) *Epistola magistri conradi groet*, y) *Solutiones quarundam questionum contra cruorem in bilsnak*, z) *Tractatulus Johannis Gerson de obseruacione dierum quantum ad opera inicianda*, aa) *Item contra obseruationem superstitiosam dierum praesertim innocentum*,, *pauli etc.*, bb) *Item de schulptura ymaginum in nummismate*, cc) *De appellatione cujusdam peccatoris a diuina iusticia ad eiusdem misericordiam*, dd) *Sermo beati bernardi de triplici custodia manus lingue et cordis*, ee) *Tractatus contra proprietarios religiosos*, ff) *Tractatulus de modo viuendi omnium christianorum Johannis Gerson*, gg) *Epistola Eymsteyn missa cuidam canonico regulari viridivallis etc.*, hh) *Questio notabilis Johannis Gerson de detractione.*

Jacobus, quem auctorem primi libri prae se ferunt, est Carthusiensis, qui etiam de Clusa sive de Erfordia appellatur, natione Polonus, cujus nonnulli libri typis expressi recensentur ab Hainio l. c. T. II, P. 1, p. 150 sqq., multo tamen plures pariter ut nostros in bibliothecis latere testatur Fabricius Bibl. M. A. T. IV, p. 18, quarum quibus copia est, videant num alibi quoque tractatus de abusionibus cle-

ricorum eam subscriptionem habeat, quae nostro in codice legitur fol. 92: *Iste tractatus est traditus per fratrem Jacobum ordinis Carthusiensis sacre theologie professorem eximium Et est confirmatus per facultatem theoloycam studii Erffurtensis Et erat subscriptus per dominos doctores Erffurtenses eiusdem facultatis scilicet per gotscalcum meschedem ffredericum schone Johannem Guderman et fratrem hinricum ludewici Sub anno domini 1449 erat collectus Erffurti* etc. — De Gersonis libris satis dictum est ad cod. D. 15, nec de SS. Bernardo et Augustino multis disserere opus esset, nisi uterque liber, qui hic Augustini nomen prae se fert, inter spurios a viris doctis referretur; cf. Edit. Paris. Bened. T. VI, p. 231 et Fabric. Bibl. M. A. T. II, p. 447, ubi tractatus *de vita christiana* tribuitur Fastidio Britoni, cujus nomine eum inscriptum edidit Luc. Holstenius Romae 1663. 8; nostri tamen codicis si qua auctoritas est, ipsum principium Augustino eum vindicabit fol. 136: *Ego Augustinus primus peccator et vltimus Insipientior ceteris* etc. De Johanne Nidero qui plura scire cupiat, praeter Fabric. Bibl. M. A. T. IV, p. 313 adeat Annales Vindobon. a. 1837. T. LXXX, p. 174, ubi Austriacus fuisse dicitur ex oppido Gamundia, quum Fabricius eum ex Sueviae pago oriundum velit; editiones Consolatorii enumerat Hainius l. c. p. 497, ubi etiam finem eundem legimus qui in nostro codice exstat fol. 188: *Tantum de timorate consciencie consolacione dixisse sufficiat A cujusmodi compilacione si quisque quod suum est recipere velit nichil aut modicum autori remanebit Et sic est finis deo gratias Anno domini m° cccc° lxvjjj° magdeburg Explicit consolatorium consciencie timorate.* Mox fol. 189 *Incipit Tractatus de squaloribus curie Doctoris lurtzen,* quo ipso titulo etiam Matthaei de Cracovia liber commemoratur; nostri principium est:

*Moyses factus est tamquam solitudinis amicus* etc. continetque capitula XXII; in fine legitur fol. 204: *Explicit tractatus de squaloribus Romane curie* 1468 *magdeburch*, his versibus additis:

*Cum de majore loqueris sis cautus in ore*
*Vtere sermone moderata cum ratione*
*Qui spuit in celum sputum fedat sibi velum.*

Proximo fol. 205 *Incipit praefacio tractatus sequentis de vita et honestate clericorum* hoc principio: *Humilis religio christiana et dilectio fraterna* etc. fine autem in fol. 218: *Explicit exiguum quod transit vicia cleri Et graue facinus miseros variosque labores* 1468 *magdeburg*, quibus absolutis fol. 219 *Incipit tractatus de horis canonicis persoluendis: Septies in die laudes dixi tibi* etc. Hujus finem faciunt versus quatuor in fol. 224 a:

*Quid facis extra chorum qui debitor officiorum*
*Es diuinorum cur induis acta vagorum*
*Desine stare foras quia christus ponderat horas*
*Et numerando moras distinguit qualiter oras;*

in eodem autem verso *Incipit tractatus de temptacionibus et impulsibus cordis johannis de gersona Cancellarii parisiensis de gallico in latinum translatus* etc., quem excipiunt in fol. 232 *sermones septem de septem viciis capitalibus* et in fol. 241 *collecta cujusdam Augustiensis in omnes articulos passionis iesu christi* etc. usque ad fol. 290, ubi epilogus incipit his verbis: *Quoniam dicit sapiens scrutator maiestatis opprimetur* etc. Quae sequuntur *speciales meditationes de christi passione* fol. 293 a in his verbis desinunt: *quasi nuditati eius compatiens ei tenebras fecit lucem eius abscondendo etc deo gracias mcccclxjx magdeburg sed nondum finis;* deinde ab

alia manu fol. 294: *Epistola magistri conradi* (suprascr. *gerhardi*, de quo v. ad cod. D. 18) *groet notabilis multum*, incipiens: *Bonus monachus debet humiliter esse obediens* etc., a priori autem manu statim fol. 295 b: *Verba sacri eloquii comparantur agro fructificanti* etc. sine titulo, pariterque fol. 297 b: *Per octo si bene excolueris omnium virtutum perfectionem et conseruationem per gratiam dei consequeris* etc., nisi quod in fine additum est fol. 299 a: *Expliciunt octo puncta mediantibus quibus pervenitur ad perfectionem vite spiritualis*, deletisque quae sequebantur *beati bernhardi* alia manus adjecit *ex horologio eterne sapiencie*. In eadem pagina *Sequuntur cautele quas predicator prouidens secum in ambone habere debet* etc., mox alterâ vacuâ relictâ nonnullisque, ut videtur, cultro excisis, in fol. 300 *contra cruores* per paginas duodecim et dimidiam; in fine fol. 312 a: *Explicit tractatus doctoris erffordiensis contra vocatum cruorem in Wilsnak*, interpositisque nonnullis a juniore manu in eodem fol. verso *Sequitur tractatulus johannis de gersona contra obseruationem dierum quantum ad opera inicianda*, mox autem fol. 314 b: *Sequitur tractatus eiusdem doctoris aduersus doctrinam cuiusdam phisici delati a monte pessulano sculpentis in nummismate figuram leonis cum certis karacteribus pro curatione renum*, cujus principium quia in ea qua utor editione (Paris. 1606. T. I, p. 612) non exstat, integrum adscripsi: *Sed ista delatio processit ex inuidia cujusdam alterius phisici sinistre deferentis aut odiose de dicto sigillo leonis quod ut inquit arnoldus de villa noua christianissimi doctoris in certis amphorismis quos fecit fugat renum illico dolorem secundum regulas suas sculptum et praeparatum astrologice et ille qui fecit hoc sigillum leonis sculpi in certa constellacione vocabatur magister nicolaus Kolue de berlyn marchie saxonie pro tunc decanus studii medicorum montis pessulani doctor eximius qui quidem curauit quendam de immenso renum dolore quem alter curare non poterat*

*vnde inuidie occasione assumpta deferebatur haec res ad istum doctorem johannem de gersona exulantem pro tunc in lugduno anno domini* **1428** *qui scripsit contra sibi relata vt hic patet.* **Reliqua aut typis evulgata sunt aut minoris momenti, ut** ***tractatus a fratre johanne canonico uiridivallis missus fratri Symoni canonico regulari in Eymsten,*** **cujus scriptorem Johannem de Sconhovia Gersonis aequalem (Fabric. Bibl. M. A. T. IV, p. 396) cognoscimus ex cod. D. 31; ultima est** ***quaestio notabilis de custodia lingue et cordis bene ruminanda venerabilis magistri johannis gersonis*** **etc. cum subscriptione:** ***deo gratias explicit questio de detractione johannis gersonis,*** **quam etiam superius legimus in cod. D. 15.**

*D.* **22.** Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCLXXXI formae maximae, olim *S. Thomae in Bursfeldia* et antea *Liber beate marie in breydenawe quem contulit ei dominus nicolaus Struſs procurante magistro ernesto suo testamentario.* — Continet *a*) Philareti abbatis librum de notabilibus rerum naturalium in foliis XLI signatis; *b*) Leonardi de Utino sermones de sanctis per totum annum, praemisso indice, sexaginta sex in singulis foliis suo quemque numero signatos.

**Philaretus idem esse videtur cujus liber de pulsibus in nonnullis bibliothecis exstat; cf. Haenel. p. 127 et 276; nostri quoque libri argumentum medicum testatur principium:** ***In tractatu de naturis morborum a capite quidem langwido sumunt initium conjuncti morbi*** **etc. In fine fol. 41 a:** ***Expliciunt notabilia de naturis rerum,*** **quibus absolutis ab alia manu in fol. 42 sequitur:** ***Hec est tabula sermonum omnium contentorum in hoc volumine*** **etc. Totius codicis extrema haec sunt:** ***Expliciunt sermones aurei de sanctis per totum annum***

*quos compilauit magister Leonardus de Vtino sacre theologie doctor ordinis fratrum praedicatorum ad instanciam et complacenciam magnifice communitatis Vtinensis ac nobilium virorum ejusdem Anno domini 1446 in vigilia beatissimi patris nostri dominici confessoris ad laudem et gloriam dei omnipotentis et tocius curie triumphantis Item anno domini 1478 in profesto vndecim milium virginum finiti sunt per me N. S. Inland*, miseranda profecto monachi fortuna, qui manibus suis librum scripsit, qui jam aliquot annis ante identidem typis expressus fuerat; cf. Hainii Repert. T. II, P. 2, p. 500 sqq.; de ipso Leonardo abunde egit Oudin. T. III, p. 3443 et Quetif de Scriptt. Dominicanis T. I, p. 845 sqq.

*D.* 23. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCXI formae maximae, quem nescio quo casu ex libris Bursfeldensibus ablatum viri summe reverendi et collegae conjunctissimi Caroli Guilielmi Justi, Theol. et Phil. D. et P. P. O. Hassiae superioris Superintendentis et ecclesiae Lutheranae pastoris primarii, liberalitas nobis restituit. — Insunt secundum fol. 1 et 144: a) *Vigilie glosate cum suis responsoriis*, b) *Speculum Jordani de passione christi*, c) *Tractatus notabilis de custodia castitatis*, d) *Epistola eusebii de morte beati ieronimi*, e) *Epistola sancti augustini de morte beati Jeronimi ad cirillum*, f) *Tractatus Johannis de Lignano de pluralitate beneficiorum*, g) *Arbor virtutum*, h) *Arbor viciorum*, i) *Figure veteris testamenti applicate ad novum*, k) *Tractatus cancellarii de contractibus*, l) *Epistola beati Bernhardi ad archiepiscopum Senonensem*, m) *Bernardus super stabat iuxta crucem*, n) *Sermo in recommendatione hetwigis olim regine*, o) *Sermo magistri mathei de cracouia ad clerum multum notabilis et*

*incipit Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa*, p) *Sermo ejusdem magistri mathei ad clerum*, q) *Sermo ejusdem magistri qui incipit Venit iudicare terram*, r) *Sermo alius eiusdem qui incipit Eadem mensura etc*, s) *Sermo eiusdem qui incipit Lauamini mundi estote*, t) *Sermo magistri hinrici de hassia de moribus et vita ad canonicos regulares valde vtilis*, u) *Sermo de nouo sacerdote magistri hinrici de oyta*, v) *Sermo oyta ad Carthusienses*, w) *Exclamatio pulcra ecclesie et est pars epistole vniuersitatis parisiensis pro vnione ecclesie*, x) *Sermo beati bernhardi de dedicatione templi*, y) *Augustinus de corpore christi*, z) *Tractatus de translacione imperii*, aa) *Sermo oyta de purificatione beate marie virginis*, bb) *Sermo oyta de natiuitate beate virginis marie*, cc) *Sermo oyta in festo natiuitatis domini*, dd) *Tractatus beati bernhardi de moribus adolescentum*, ee) *Tractatus de contractibus hinrici de hassia*, ff) *Tractatus de contractibus hinrici oyta*, gg) *Sermo beati Jeronimi de conuersione Sancti pauli*, hh) *Enigmata aristotelis moralizata*, ii) *Tractatus de virtutibus et vitiis domini cancellarii parisiensis*, kk) *Tractatus multum notabilis de vsura.*

Vigiliae glossatae in fol. 2 sic incipiunt: *Ex quo praesens materia theoloycalis assumenda est* etc.; similes infra in cod. D. 25 inveniemus. Fol. 20: *Articuli dominice passionis*, scripti ab Jordano de Quedlinburg Augustiniano saec. XIV, de quo cf. Trithemius p. 166 et Oudinus T. III, p. 1132, hoc principio: *Inspice et fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est* etc. Fol. 62: *Incipit prologus colloquii de custodia castitatis fratris m* (inoris?) *quod habuit cum amico inter puellas periclitante* etc. Eusebii epistolam de morte Hieronymi, quae inc. fol. 80, etiam typis expressam habemus superius

in cod. D. 20; adulterinam esse post Fabric. Bibl. M. A. T. II, p. 126 monet Jacobsius Beitr. T. II, p. 107, neque majorem auctoritatem habere Augustini epistolam ejusdem argumenti, quae legitur cum responso Cyrilli Jerusalemitani pontificis in fol. 97 b — 104 b, ipsum statim principium indicabit: *Gloriosissimi christiane fidei athlete sancte matris ecclesie lapidis angularis* etc. Fol. 105 *Incipit tractatus pluralitatis beneficiorum nouiter compilatus per dominum johannem de lignano juris vtriusque excellentissimum professorem de mandato sanctissimi patris domini Vrbani pape quinti* etc., quibus refellitur Fabricius, qui in Bibl. M. A. T. IV, p. 275 Urbani sexti potius quam quinti jussu Lignanum scripsisse contendit; cf. etiam Oudin. l. c. T. III, p. 1072, qui hunc librum typis quoque expressum esse monet Parisiis 1512. *Arbor virtutum* in fol. 110 sic incipit:

*Qui fugit incestum dyadema meret honestum* etc.;

inque eodem verso *Arbor viciorum:*

*Cetera que sperno memet transcendere quero* etc.

mox autem fol. 111 *Figure veteris testamenti applicate ad novum:* (D) *ixit dominus serpenti de muliere* etc. Fol. 117 legitur *Collacio in exequiis* hoc principio: *Homo remittuntur tibi peccata tua* etc., inde a fol. 121 autem *tractatus cancellarii* (Gersonis) *de contractibus*, quo absoluto in fol. 136 a sequuntur versus, quibus Alexander de Villa Dei c. a. 1230 utriusque testamenti corpus in compendium redegit, cum glossa interlineari, quam tamen non cum Oudino T. III, p. 154 ipsius Alexandri esse arbitror, si quidem in nostro codice aliis verbis perscripta legitur atque illic Oudinus ex suo exemplari posuit; plura dabit Fabricius T. I, p. 177. Inde a fol. 141 a duo folia et dimidium vacua relicta sunt, fortasse ob mortem librarii, ut colligi potest ex schedula inserta, in qua haec legimus: *Obiit in Bursfeldia frater Johannes acolitus et monachus humiliter petimus, fraternitatis debitum*

*impertiri quantocius*; a fol. 145 demum ab alia manu sequitur epistola S. Bernhardi scripta (D) *omino venerabili hinrico Senonensium archiepiscopo* etc. et quae praeterea in secundo quem ex fol. 144 superius apposui indice perscripta sunt. Sermoni *in recommendacione hethwigis olim regine*, qui inc. fol. 159 b, haec nota in margine adscripta est: *Ista fuit soror beate elisabet ambe dedite operibus misericordie et pauperibus ministrabant vna in turingia et hassia altera in polonia et slesia et in istis partibus summa reuerencia ejus festum peragitur et fingitur in ejus manu vitis cum botru*; de reliquis breviori esse licet, quandoquidem de Matthaeo Cracoviensi jam superius ad cod. D. 18 quantum opus erat diximus, Henrici de Hassia autem, qui etiam de Langenstein appellatur, non in patria modo verum apud exteros quoque longe lateque nomen sub saec. XIV finem inclaruit, neque collegae ipsius in universitate Viennensi, Henrici Oytae, obscura fama est; de quibus qui plura scire cupiat adeat Fabricium Bibl. M. T. III, p. 646 et 671. Duo tantum libri restant, quorum quum scriptores ex indice non appareant, principia et subscriptiones adjeci; et primum quidem fol. 204 b *Incipit tractatus de translacione imperii continens duodecim capitula* etc., cui in fine fol. 209 b haec subscripta sunt: *Explicit tractatus de translacione imperii editus a magistro marsilio de padua deo gracias Amen*; deinde vero fol. 295 b *Incipiunt enigmata aristotelis moralizata a fratre holckot* hoc principio: (S) *tateram ne transilias* etc. usque ad fol. 297 b; attamen hi quoque homines a Fabricio satis illustrati sunt, nisi quod Aristotelis aenigmata inter Holkoti scripta non enumeravit T. III, p. 799; Marsilii vero librum identidem typis expressum esse monet T. V, p. 103. Postremo totius codicis extrema haec sunt: *Si dubium est de usura in foro iudiciali judicandum pro reo in penitenciali pro magis securo usure iuste tollerantur quoniam hoc expedire pallicie* (politiae) *concluditur Reci-*

*piens ad usuram non delinquit quando in hoc magis patitur quam agit amen.*

*D.* 24. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCXXVI formae maximae, olim *in Bursfeldia.* — Continet Glossam psalterii et ab alia manu antiquiore Honorium super cantica canticorum.

Inc. *In nomine domini amen Glosa psalterii Tytulus huius libri est liber hymnorum vel soliloquiorum prophete david* etc. In fine fol. 164: *Hic concludit quod propter* (in margine *praeter*) *fidem catholicam nemo potest saluari in qua quidem fide catholica conseruet nos virgo maria* etc. Deinde fol. 165: *Honorius super cantica canticorum* etc. qui idem est cui Elucidarium tribuendum esse superius ad cod. D. 5 monuimus; cf. Fabric. Bibl. M. A. T. III, p. 815, ubi etiam alterum libelli nomen exstat, quod hic codex in subscriptione exhibet: *Anno domini millesimo trecentesimo lxx nono completus est iste liber qui intytulatur sigillum marie vel cantica canticorum qui finitus est in die Lamperti episcopi et martiris gloriosissimi.*

*D.* 25. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCV formae maximae a variis manibus scriptus, quarum haud scio an una vel saec. XV antiquior sit; olim *S. Thomae in Burstfeldia.* — Quae continet in tegmine libri sic perscripta sunt: *Postilla optima super totum matheum I et lucam II nycolicii Sermo de viciis et remediis viciorum III lira super IIII marcum et lucam V Expositio super lectiones et responsoria vigiliarum VI Textus cantica canticorum et Expositiones eorundem VII.*

Inc. *Postilla optima super totum ewangelium mathei* etc. per folia LXII signata, quam excipit postilla in Lucam usque ad fol. 100, ubi incipit *Sermo de viciis et remediis eorum* etc. Folia 109 — 112 vacua sunt; deinde ab alia manu sequitur *Lyra super marcum et lucam* praescriptis verbis: *Assit principio sancta maria meo;* Nicolaum de Lyra, clarissimum saec. XIV ineuntis scriptorem, jam superius ad cod. D. 12 cognovimus. In fine fol. 174: *honor et gloria in secula seculorum amen deo gratias;* deinde fol. 175: *Job in sterquilinio sedens ulceribus plenus* etc., quae est explicatio earundem vigiliarum, quas cum alia glossa superius in cod. D. 23 offendimus; finis quoque idem qui illic in fol. 189 legitur: *dies ire dies calamitatis et miserie dies magna et amara valde* etc. Ultimum denique codicis locum tenet Canticum canticorum cum glossa inde a fol. 190; hujus tamen extrema mutila esse primus statim adspectus docet: *transferendo me tecum in celos qui* . . . . quibuscum etiam si qua olim subscriptio fuit periit.

*D.* 26. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCLXVI formae maximae a variis manibus inter se excipientibus scriptus; olim *Sanctorum Thomae et Nicolai in Bursfeldia.* — Insunt secundum marginem inferiorem primae paginae *Postille super euangeliis dominicalibus.*

Inc. (P) *remittendo huic declaracioni ewangeliorum dominicalium collacionem seu sacre scripture recommendacionem* etc., supra scriptum autem est: *Easdem postillas in meliori stilo et integras require in lectura super floretum,* quo de libro S. Bernardi nomine insigni v. Hainii Repert. T. I, P. 1, p. 394 et P. 2, p. 377. In fine: *tam prodigaliter eos opprimere ymo* . . . quae et ipsa mutila esse facile apparet.

*D.* 27. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCXCIII formae maximae ex duobus aut tribus conglutinatus, complures homiliarum libros commentariosque de decem praeceptis et de sacramentis cum nonnullis aliis complectens; olim *liber S. Thomae in Bursfeldia.*

Inc. (A) *bel persequebatur cayn fratrem suum,* quod est principium indicis alphabetici in sequentes sermones XXXV in superiore margine numeris suis signatos; primus eorum incipit in fol. 11 a verbis: *Paratus est iudicare vivos ac mortuos* etc., ultimi finis est in fol. 67: *et volnera peccatorum nostrorum suo precioso sagwine* (sanguine) *medeantur.* Reliqua folia lineis obducta ceteroquin vacua sunt usque ad fol. 77; deinde sequuntur homiliae aestivae XXV in superiori margine signatae, quorum principium est in fol. 78: *Pasca nostrum immolatus est* etc. easque excipit in fol. 158 b sermo *de assumptione marie virginis vel de angelis,* usque ad fol. 161, quae folia LXXXIV etiam numerorum notis distincta sunt, ut separatum olim codicem fuisse conjicias. Tum fol. 162: *Omelie super epistolas dominicales per totum annum,* secundum subscriptionem in fol. 229 *ffinite in die sancti Egidii abbatis,* quibus absolutis in fol. 230 legitur *vita sancte cristine* et in eodem verso *legenda sancti Jacobi* hoc principio: *Jacobus apostolus domini nostri* etc. Libellus de decem praeceptis est Henrici de Frimaria, quem superius in cod. D. 11 cognovimus; de sacramentis autem in fol. 270 incipit sic: *Samaritanus Queritur an sacramenta debeant* etc. et finitur in fol. 293 a: *aut propter aliud scil. incontinentiam uel fornicationem vitandam et tunc est veniale;* in extrema denique pagina sunt excerpta ex Augustino.

*D.* 28. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCXII formae maximae, S. Bernardi sermones continens.

Inc. *Hodie fratres aduentus initium celebramus* etc. Fol. 37 b: *Sermo sancti bernhardi abbatis de natiuitate domini de eo quod pastores inuenerunt mariam et joseph et infantem* etc. Fol. 98: *Incipiunt sermones estiuales In die sancto pasce* (paschae) *de oprobriis iudeorum Sermo Beati Bernhardi* etc. Fol. 138: *Epistola beati bernardi ad matheum albinensem episcopum in omeliam eiusdem super ewangelio luce de villico iniquitatis* etc. Fol. 169: *Sermo ad abbates venientes ad cisterciense capitulum* etc. In fine: *vbi etiam ambulabimus in medio lapidum ignitorum sine fine Amen.*

*D.* 29. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCCLX formae maximae in fine mutilus, olim *S. Thomae in Bursfeldia.* — Continet Postillam studentium universitatis Pragensis.

Inc. *Postillam studencium sancte pragensis vniuersitatis ut supra ewangelia dominicalia quae leguntur per annum per talem modum quo ipsa ad populum proprio declamaui gutture conscribere vellem* etc. In fine: *sicut in area grana* . . . .

*D.* 30. Codex chartaceus saec. XV per columnas scriptus foliorum CCII formae octonariae majoris, olim *liber S. Thomae in Bursfeldia.* — Postilla.

Inc. (C) *irca aduentum domini notandum quod quadruplex est aduentus domini* etc. In fine: *et lucebit iustis et ardebit iniustos etc.*

*D.* 31. Codex chartaceus saec. XV foliorum CXCIX form. duod. a duabus manibus scriptus, quarum altera incipit a fol. 37; olim *liber sancti Thome apostoli in Bursfeldia.* — Insunt secundum folium praefixum *Tractatus de misteriis officii misse I de decem*

*praeceptis tractatus II conflictus anime III de nobilitate anime IIII epistola Johannis de Sconhouia missa in einsteyn V.*

Incipit: *Expediens enim et omnino utile est ut quilibet qui sacerdotio fungitur intelligat ea que ad suum spectare dinoscuntur officium* etc. In fine fol. 34: *Pater Johannes Cossin de haghen scripsit hunc tractatum.* Fol. 35: *Alia consideracio vestimentorum sacerdotalium* etc. Fol. 36 vacuum est; fol. 37 ab alia manu: *Pro declaracione cujusdam tractatuli seu decalogi* (super decalogum?) *assumo pro eius introductione* etc. In fine fol. 100: *Sunt precepta decem totam seruantia legem et est finis.* Fol. 101 preces continet: *Domine jesu christe per patibulum crucis* etc., deinde post tria folia vacua in fol. 105 *Conflictus virtutum et vitiorum anime hesitantis inter jerusalem et babylonem* incipit sic: *Audite omnes qui timetis deum et narrabo quantas virtutes in praesenti et quantas delicias in futuro fecit deus anime mee* etc. Mox fol. 128 *de nobilitate anime* hoc principio: *Anima mea noui quod curiosa sis* etc.; fol. 159 autem *Johannis de Sconhouia epistola,* de quo vide quae dixi ad cod. D. 21; in fine: *Explicit epistola in eemsteyn id est ad istud monasterium Canonicorum Regularium sic nuncupatum Deo gratias Eandem primam cum secunda et tertia epistola eiusdem in Eimsteyn inuenies inter* (?) *Jo. nyder de XII fructibus religionis Item eandem primam inter omelias de tempore et sanctis.*

*D.* 32. Codex chartaceus saec. XV a variis manibus scriptus foliorum CCLIII formae duodenariae; olim *liber monachorum in Bursfeldia.* — In primo folio: *Index in hoc libro contentorum Thomas de puritate consciencie et modo confitendi primum Bernhardus de XII gradibus humilitatis II Bernhardus de consciencia III Epistole*

*eiusdem ad diuersos IIII De scrupulosis in regulam Sancti benedicti doctoris jacobi tractatus V Omelie Eusebii ad monachos VI Omelie Cesarii episcopi VII Episola Gersonis incitatiua ad profectum VIII Augustinus de vanitate huius seculi IX Josephina Gersonis X.*

Incipit: *Quoniam fundamentum et janua virtutum omnisque gratie ac spiritualis consolationis principium est consciencie puritas* etc. In fine fol. 41: *Explicit liber de pura consciencia et mundo corde editus a Reuerendo magistro Matheo de cracouia sacre theologie professore studii pragensis*, de quo cf. quae dixi ad cod. 18 et 23; liber ipse in cod. sequente Bonaventurae tribuitur. Sequentia quatuor folia a recentiori manu conscribillata sunt; deinde fol. 46: *Incipit prologus in commentum beati bernhardi abbatis de duodecim gradibus humilitatis et superbie* etc. Fol. 69 autem *Incipit tractatus deuotissimus et multum salubris beati bernardi abbatis de consciencia* etc. usque ad fol. 88, ubi his verbis finitur: *Illud sepe cogita si vis omnes cogitationes malas a corde tuo repellere Et est finis huius libri bernhardi de consciencia.* Quae sequuntur per duo folia, posterius adjecta sunt; fol. 90 vacuum est; fol. 91: *Epistola beati Bernhardi ad abbatem sancti Johannis carnotensis* etc., fol. 103 vero: *Videor michi ut certum accepi quosdam fratres religiosos de monasteriis reformatis aut de non collapsis ab obseruantia quam professi sunt aspirare ad alias religiones* etc., quorum auctor prodit ex subscriptione fol. 112: *Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto Erffordie in Carthusia Explicit tractatulus domini Doctoris Jacobi Carthusiensis de scrupulosis*, de quo dixi ad cod. D. 21; liber ipse etiam superius exstat in cod. D. 15. De Eusebii et Caesarii homiliis egimus ad cod. D. 17; Gersonis praeter *epistolam*, quae in indice enotata est, *ad spiritualem profectum incitatiuam* etiam legitur

in fol. 174 b *Epistola eiusdem de custodia habenda ad se ipsum* et fol. 177 *Epistola eiusdem cancellarii de conuersione et perseuerantia in bono proposito*, quibus in fine fol. 181 haec adscripta sunt: *Epistolam de pia memoria defunctorum require in principio voluminis tercii gersonis Item Epistolam pro confortacione cuiusdam temptati que incipit Suscepimus require in principio voluminis primi eiusdem.* Fol. 183 sequitur *Item alia exhortatiò ad monachos* addita nota: *videtur hec exhortatio esse beati bernhardi*, qua absoluta in fol. 190 *Incipit tractatus beati Augustini*, itidem, ut videtur, suppositicius, *de vanitate huius seculi*, hoc principio: *In hac vita positi fratres ita agite* etc., postremo autem fol. 195: *Josephina iohannis de gerson carmine heroyco decantata* etc., quae etiam in ejusdem operibus exstat T. III, p. 82 sqq. In fine: *Sit laus honor deuocio iesu marie filio tenso crucis patibulo pro redimendo populo.*

*D.* 33. Codex chartaceus saec. XV foliorum CCCXIX formae duodenariae permultis foliis vacuis distinctus; olim *liber S. Thomae in Bursfeldia.* — In folio praefixo: *Continentur in hoc codice I Thomas de puritate consciencie II Gerson de remediis contra pusillanimitatem III Gerson de pollucione diurna IIII De Confessione V Ex hubertino super vitam christi iesu VI Epistole quedam beati hieronimi VII Item Quidam super regulam augustini VIII Tractatus de philantropiis dei IX Augustinus de essencia diuina X Collecta diuersa ex diuersis XI Albertus de adherendo deo.*

Fol. 1: *Incipit tractatus beati Thome de aquino de puritate consciencie et de modo confitendi*; in fine tamen adscriptum est fol. 22:

*Sed allegat gerson in quodam libro suo hunc et putat quod magister sit bonauentura*, legiturque inter Bonaventurae opera in edit. Lugdun. 1668, T. VII, p. 646 cum hac praefatione: »Tractatus iste de puritate conscientiae inter opuscula S. Bonaventurae impressus fuit Argentinae a. 1495 et in edit. Veneta a. 1574; sed in opusculis quoque S. Thomae recensetur in edit. Romana sub Pio V Pontifice, et Jo annes Trithemius S. Thomam Aquinatem ejus auctorem agnoscit. Verum Jo. Gerson in opusculo de pollutione diurna prop. 12 in fine S. Bonaventurae tribuit his verbis: *Item tractatus quem adscribunt aliqui S. Thomae, sed magis apparet ex stylo et materia quod sit Bonaventurae* etc.« Mox fol. 23: *Tractatulus de remediis contra pusillanimitatem scrupulositatem deceptorias inimici consolaciones et subtiles eius temptaciones magistri joannis gersonis*, qualem etiam superius legimus in cod. D. 15; dubitatio, quae in fine addita est fol. 32: *Et videtur aliquibus quod non sit gersonis propter stili discrepanciam*, ibidem ita expeditur: *nisi forte dicatur quod sit translacio quedam ex operibus eius vulgari lingua conscriptis In vulgari enim gallico suo prout ipse testatur sepe in opusculis suis aliquos exhortatorios conscripsit tractatulos quos diuersi operum eius auidi prout potuerunt transtulerunt Sed cuius sit sufficit quod ualde notabilis est etc.* In eodem folio verso: *Item dicit Johannes de tambaco in de consolacione humane vite* etc., de quo cf. Oudin. T. III, p. 1048 et Fabr. T. IV, p. 436. Fol. 35: *Ex doctoris beati thome super quartum summarum de pollutione diurna*, post quae sequuntur alia ejusdem generis excerpta foliis vacuis passim distincta; fol. 53 autem: *Tractatus magistri johannis gerson de pollutione*, tribusque vacuis interjectis fol. 65: *Ad cognoscendum in quo aliquid peccatum sit* etc. cum singulis capitibus *de superbia*, *de auaritia*, *de luxuria*, *de*

*luxuria, de inuidia, de gula, de ira; de accidia* *), quae non magis in indice praefixo enotata sunt, quam quae sequuntur in fol. 68: *Item magister Joannes gerson super et dimitte nobis delicta* etc., fol. 69: *Ex sexto capitulo magistri gerardi groet de matrimonio* etc., et fol. 73: *Excerptum quoddam ex libro qui intitulatur de quaestionibus conscientialibus* (?) *fratris Johannis lenoris* (?) *ordinis praedicatorum*, cujus principium est: *Utrum venditor teneatur dicere vicium rei vendite* etc. Tum demum fol. 78 sequitur: *De confessione Quid si quis commiserit peccatum contra eum cui teneatur confiteri* etc., et fol. 130: *Ex hubertino super vitam jesu Sicut enim benedictus jesus nunc duos discipulos de monte olíueti in castellum quod erat contra eos misit* etc., de quo plura Fabric. T. I, p. 985 et Jacobs. Beitr. T. II, p. 104, nisi quod hic se ignorare fatetur, cujus ex pluribus theologis cognominibus hic liber sit, quum et Trithemius p. 127 et Oudinus T. III, p. 748 clarissimis verbis eum Hubertino de Casali Franciscano c. a. 1300 tribuant. Fol. 152: *Item anima volens facere voluntatem dilecti* etc., quibus in margine adscriptum est: *Angela de Fulgineo*; fol. 164 vero excerpta ex S. Hieronymo hoc principio: *iheronymus in epistola ad marcellam de vrbe secedendo* etc., post quae fol. 180 — 186 vacua sunt, praeter unum cui inscriptae sunt siglarum notae hoc indice: *Modus legendi in canonibus et aliis.* Fol. 187 sequuntur excerpta *ex tractatu sancti Thome de aquino de diuinis moribus* et similia alia, inter quae fol. 196 *magister Johannes Bewerge super regulam Augustini* et fol. 217 b *Ex compendio alberti libro III de primis motibus* etc. Tractatus *de philantropiis dei* incipit

*) H. e. ἀκηδία, negligentia, sive ut hic definitur, *pigritia propter quam negligitur vel negligenter agitur quod agendum est*; plura dabit Ducange T. I, p. 48 et Alardus Gazaeus ad Cassian. de Coenob. Inst. X. 1, p. 152, unde haud scio an omnino hujus vitii nomen in reliquos medii aevi scriptores transierit, qui satis frequenter eo utuntur.

fol. 234 his verbis: *In memoria meorum ero et tabescet in me anima mea* etc.; fol. 248 b autem *Augustinus de essencia diuina*. quo absoluto inde a fol. 252 iterum sequuntur varia excerpta plerumque anonyma vacuis passim chartis intermixta; in fine fol. 277: *Haec Gerson*, et fol. 278: *Ex secunda secunde beati thome* etc. Fol. 190—193 vacua sunt; fol. 194 in media oratione sic incipit: *condolens amaritate* etc. nec minus obscure finitur fol. 296 a: *Et sic est finis huius tractatus cuius titulus sequitur:* in eodem autem verso ab alia manu *Incipit liber alberti magni de adherendo deo nudato intellectu et affectu et ultima perfectione hominis quantum possibile est*, qui etiam typis excusus prodiit Antw. 1581 et 1621 et in editione opp. a. 1651, T. XXI. In fine totius codicis: *Explicit libellus alberti magni de adherendo deo et perfectione hominis etc.*

***D.* 34.** Codex chartaceus saec. XV aut XVI foliorum CCCXXXIV et vacuorum XIII form. quat. A. M. — In primo folio: *liber Reverendi patris domini Johannis Episcopi Cyrenensis Sacre theologie professoris ordinis minorum datur fratribus minoribus in Marpurg post obitum suum et intitulatur Sermones Rosati de sanctis et sermones perutiles de quinque festiuitatibus beate virginis*; cf. sup. cod. D. 19 et 20.

Inc. *In nomine domini. Sermo de sancto andrea apostolo* etc. Sunt folia CXCVII signata cum tabula, quae tria sequentia comprehendit; qua absoluta post quatuor vacua in fol. 205 haec sequuntur: *Antequam ulterius procedam ad laudes virginis* etc. In fine: *Expliciunt sermones beate virginis de quinque festiuitatibus de quibus ecclesia ad ipsius laudem solempnizat etc.*

*D.* 35. Codex chartaceus saec. XVI foliorum CCXLII form. oct. — Continet Henrici Bogeri carmina et inde a fol. 12 homilias multis vacuis foliis distinctas.

Inc. *Hinrici bogerii Theologi super novissima strage in Theomancia elegia praecipitata* hoc principio:

*Perculso gravitate rei vox faucibus haeret*
*Mens ebet* (hebet) *et tremulum cor stupet ecce meum* etc.

Fol. 3: *ad Bartoldum de landesberge episcopum hildensemensem patrem reuerendissimum* etc. In fine: *sex scilicet folia lilium ornantia.*

*D.* 36. Codex chartaceus saec. XVI aut XVII foliorum CC form. quat. A. M. — Continet Psalterium latine.

Inc. *PRIMVS PSALMVS Argumentum Psalmi* etc. In fine: *Quicquid spirat, laudet dominum: Halleluja* ΤΕΛΟΣ.

# INDEX.

## A.

Abolay Avenzoar B. 11, p. 17.
Abraham Judaeus Tortuosiensis B. 11, p. 20.
Abu-Dschafar Achmed Ben-Ibrahim B. 5, p. 9.
Abuigal filius Cachane Arazi B. 3 a.
Abusiones clericorum D. 21 b.
Accidentia rectitudinem curae divertentia B. 11, p. 17.
Accidia D. 33, p. 96.
Actiones C. 5, p. 49.
Aegidius de urinis B. 7 a.
Aenigmata moralizata D. 23 hh.
Aesopus de Ripa D. 17, p. 73.
Albertus Magnus de secretis mulierum B. 3b, p. 6.
  de alchimia B. 17, p. 32.
  Somniarium B. 21.
  de adhaerendo deo D. 33.
  de primis motibus D. 33, p. 96.
Albinus Pragensis B. 22, p. 39.
Albucasis B. 9.
  liber servitoris B. 11, p. 20.
Alchimia B. 11. 17. 18. 19. 20. 21.
Aldefonsi, Petri, disciplina clericalis D. 7 a.
Alexander Magnus B. 3 b, p. 6; D. 20, p. 78.
Alexander de Villa dei D. 23, p. 86.
Alkadif de Baldacs (?) B. 3 b, p. 6.
Almansor B. 10 d; 24 b.
Andomarus B. 17, p. 30.
Andreae, Jo., tractatus de emtione et venditione C. 5.
Angela de Fulginco (?) D. 33, p. 96.
Angelus B. 5.
Anima mundi D. 7 b.
Ansbertus D. 4, p. 55.
Anselmus Cantuariensis D. 5 d.
Antidotarium Chirurgicorum B. 11, p. 18.
  Mesue B. 6 a; 13 c.
  Nicolai B. 6. 15. 16.
Antoninus archiepiscopus Florentinus D. 20.
Antonius Marinus B. 20 a.
Antonius Rusticus B. 22, p. 39.
Aqua vitae B. 11, p. 17; 12 b, p. 20.
Aqua fortis B. 19.
Aquarum duodecim liber B. 17, p. 30.
Aquino, Thomas de, B. 21, p. 38; D. 12, p. 64.
Arbor virtutum et vitiorum D. 23 g. h.
Aretinus, Leonardus A. 3 c. d.
Aristoteles B. 14.
  aenigmata D. 23 hh.
  de pomo, de bona fortuna, de physiognomia, secreta secretorum B. 3 b.
Arnaldi de Villa nova Rosarius B. 17. 18.
  de conferentibus et nocentibus B. 22 b.
Arusia, Kanutus de, C. 5.
Astariis, Blasius de, B. 24 c.
Astrologia theologisata D. 21.
Auditor, Jo., C. 5.
Auerbach, Jo. de, C. 5, p. 52.
Augustinus de Agone D. 2, p. 53.
  in epistolam S. Johannis D. 11 b.
  manuale de verbo dei D. 17 f.
  de vera et ficta poenitentia D. 21 n.
  de vita christiana D. 21 o.
  de contemtu mundi D. 21 p.
  de morte b. Hieronymi D. 23 e.
  de corpore Christi D. 23 y.
  de vanitate saeculi D. 32.
  de essentia divina D. 33.
Aurora consurgens B. 18 g.
Autpertus D. 4, p. 55.
Avenzoar B. 11, p. 17.
Avicenna B. 3 a. 22. 24 c.
Awillus C. 5, p. 50.

## B.

Baco, Rogerius B. 17.
  de aqua vitae B. 12 b.
  speculum alchimiae B. 20 b, p. 36.
Balathe, Gregorius A. 3, p. 2.
Balneorum virtutes B. 3 b, p. 6.
Bartholomaeus Montagnana B. 23 c; 24 d.
Bartoldus de Landesberge, episcopus Hildeshemiensis D. 35.
Bartolus super extravagantibus Henrici C. 5.
Basilius Magnus de legendis libris saecularibus A. 3 d.

Bebenburg, Luppoldus de, C. 5, p. 51.
Beneficiorum pluralitas D. 23 f.
Bernhardus, Sctus, de honestate vitae D. 21 i.
de triplici custodia D. 21 dd.
ad archiepiscopum Senonensem D. 23 l.
super stabat juxta crucem D. 23 m.
de dedicatione templi D. 23 x.
de moribus adolescentum D. 23 dd.
Sermones D. 28.
de gradibus humilitatis, de conscientia, et epistolae D. 32.
Berrencastel, Jo. de, D. 19, p. 37.
Bertruccius Bononiensis B. 16.
Blasius de Astariis B. 24 c.
Boëthius de unitate B. 3 b, p. 6.
Bogerius, Henr., D. 35.
Bohemorum errores D. 14 d.
Bonaccursius B. 21, p. 37.
Bonaventura, Sctus, D. 32, p. 93; 33, p. 95.
Bonaventura de Ysco B. 25.
Bonifacius IX papa D. 11 c.
Bremis, Godofredus, C. 5.
Bullae D. 11 c; 12 m.

## C.

Caesarii homiliae D. 32.
Calderinus, Jo., de interdicto C. 5.
Callimachus, Philippus, B. 21, p. 37.
Camutius B. 9.
Canticum Canticorum D. 24. 25.
Cassianus de institutis monachorum D. 5 b.
Castitatis custodia D. 23 c.
Casuistica C. 5.
Cautelae medicorum B. 23 c; 24 d.
Chirurgia Lefrardi B. 11, p. 18.
Rogeri B. 11, p. 18; 13, p. 21.
Ciceronis orationes Catilinariae A. 2 b.
disputationes Tusculanae A. 3 a.
Clauderus, Christoph., Tigurinus B. 17.
Clementinae C. 3.
Clericorum vita et honestas D. 21 a.
Climachus D. 17 o.
Clysteres B. 10 e.
Colchagen de Lüneburg C. 5.
Collucius A. 3, p. 3.
Colores pro pictura B. 17, p. 31.
Communio sacra D. 15. 18.
Compostellae liber B. 25.
Conferentia et nocentia diversis membris B. 6, p. 10; 22, p. 38.
Confessio C. 3 a. D. 15, p. 68; 33, p. 94.
Conflictus animae D. 31 c.
Conradus cantor Fritzlariensis D. 4, p. 54.
Conscientiae puritas D. 32. 35.
Consolatio medicinarum B. 13.
Consolatorium timoratae conscientiae D. 21 q.
Constantinus Africanus B. 5.
Constitutiones C. 4. 5.
Contractus D. 23 k. ee. ff.
emtionis et venditionis D. 12 k.
Copernicus, Nicolaus, B. 21, p. 37.
Cophon B. 22 f.
Corbinellus, Angelus, A. 3, p. 2.
Correctorium fatuorum B. 18 c.
Corrius Mirandulensis B. 23, p. 40.
Cossin de Haghen D. 31, p. 92.
Cracovia, Matthaeus de, D. 18, p. 75; 23, p. 85; 32, p. 93.
Crar, Joannes (?) B. 22, p. 39.
Cruores in Bilsnack D. 21 y.
Curiae squalores D. 21 r.
Cycli paschales D. 2 b.
Cyrillus D. 23, p. 86.

## D.

Daniel B. 21.
Decem praecepta D. 11. 27. 31.
Decretales C. 3 b; 4 b.
Decretum Gratiani C. 1.
Detractio D. 15.
Diadema monachorum D. 5 a.
Dialogus rationis et conscientiae D. 18, p. 75.
Didimus rex Bracmanorum B. 3 b, p. 6.
Dierum observatio D. 21 z.
Dinkelsbühl, Nicolaus de, D. 16.
Dioscorides B. 14.
Disciplina clericalis D. 7 a.
Discipuli sermones D. 12, p. 64; 19, p. 76.
Diversitas cogitationum D. 15.
Divinationes et sortilegia D. 11 d.
Divisionum liber B. 3 a.
Donum dei arcanum B. 20 a.
Dosis medicinarum B. 22 e.
Dülken, de, D. 14, p. 67.
Dyck, Jo. de, D. 15, p. 70.

## E.

Eggius, Alexander, B. 8, p. 14.
Elegiae D. 2 d.

Elemosina C. 5.
Elucidarius D. 5 d.
Enoc — Edric D. 7, p. 58.
Eugenius papa D. 11 c.
Eusebius de morte Hieronymi D. 20 a; 23 d.
homiliae D. 17. 32.
Extravagantes C. 3.
Henrici imperatoris C. 5.

## F.

Fallhardus cantor ecclesiae Chathacensis D. 12, p. 65.
Fastidius Brito D. 21, p. 80.
Febres B. 7 b.
Feuda C. 5.
Figurae V. T. applicatae ad Novum D. 23 i.
Floretum D. 26.
Floris C. 5, p. 49.
Fortuna, de bona, B. 3b, p. 6.
Francfordia, Johannes de, C. 5, p. 50; D. 12, p. 63.
Fridericus II de regimine itineris B. 3 b, p. 6.
Constitutiones C. 4, p. 47.
Frimaria, Henricus de, de instinctibus D. 8.
de decem praeceptis D. 11, p. 60; 27, p. 90.
Fuchs, Leonardus, B. 9.
Fulgentius episcopus D. 5 c.

## G.

Galensis, Johannes, C. 2 a.
Galenus B. 9. 11. 14.
de crisi et de diebus criticis B. 2.
Galle, Jo., B. 12, p. 20.
Gatinaria, Marcus de, B. 24 b.
Geber, B. 17. 18. 20 b, p. 36.
Gemmae pretiosae B. 17, p. 31.
Geomantia B. 21, p. 38.
Gerardus Cremonensis B. 3 a.
Gerson, Johannes, Cancellarius Parisiensis, D. 12. 15. 21. 23. 32. 33 passim.
Gesta Romanorum D. 20.
Girardi breviare B. 4.
Glossarium latino-germanicum D. 2 c, 12 f.
Gorra, Nicolaus de, D. 12, p. 64.
Grabadin B. 6, p. 10; 13, p. 21.
Gradus humilitatis D. 32.
Gratiani decretum C. 1.
Gregorius papa C. 5, p. 49.
Gretz, Nicolaus de, D. 12 d.
Groet, Gerardus, D. 18, p. 74; 21, p. 82; 33, p. 96.
Grusczinski, Martinus, A. 3, p. 2.
Gualterus de dosi medicinarum B. 22 e.
Guarinus A. 3 b.
Gudermann, Jo., D. 21, p. 80.
Guido de vulneribus B. 6 c.
Guilielmus de Horborg C. 5, p. 51.
Guilielmus Lugdunensis D. 12, p. 64.
Guntermann, Johannes Slicht de, D. 13.

## H.

Hagen, Jo., Carthusiensis, in apocalypsin D. 13.
in tertiam quinquagenam psalterii D. 14.
de festo visitationis Mariae D. 11 c.
super dominica oratione D. 17 n.
Haghen, Cossin de, D. 31, p. 92.
Haghen, Rodenborch de, D. 16.
Hali philosophus B. 17, p. 30.
Haymon in apocalypsin D. 4. 11.
Henrici imp. extravagantes C. 5.
Henricus de Frimaria D. 8, p. 59; 11, p. 60; 27, p. 90.
Henricus de Hassia D. 23 t etc.
Henricus de Oyta D. 23 u etc.
Herbarium B. 8 c.
Herolt, Jo., D. 19. p. 76.
Hetwig regina D. 23 n.
Hieronymi mors D. 20 et 23 d et e.
psalterium D. 1.
sermo de conversione S. Pauli D. 23 gg.
epistolae D. 33.
Hildebrandus plebanus Ellingensis D. 17, p. 73.
Hippocrates B. 1 et 14.
Historia scholastica D. 6.
Holkot D. 23, p. 87.
Holzreuter, Petrus, de Mellingen, B. 17.
Honorius Augustodunensis super cantica canticorum D. 24.
elucidarius D. 5, p. 57.
Horae canonicae D. 21 t.
Horborg, Guilielmus de, C. 5, p. 51.
Hubertinus de vita Jesu Christi D. 33.
Hugo de S. Victore D. 15.
Huguccio C. 2.
Humoris peccantis digestio B. 10 b.
Hupfuff, Matthias, typographus Argentinensis B. 21, p. 38.
Hymni D. 18 d.

## I.

Jacobus Carthusiensis de superstitionibus D. 21 a.
de erroribus modernorum christianorum D. 21 b.
de abusionibus clericorum D. 21 c.
de scrupulosis in regula S. Benedicti D. 32.
Jacobus Magni D. 11 d.
Jacobus de partibus B. 24, p. 41.
Jacobus Rotiagensis D. 17, p. 73.
Jacobus de Viragine Januensis D. 12, p. 64.
Imago in numismate D. 21 bb.
Imitatio Christi D. 17 g.
Indagine, Johannes de . . . v. Hagen.
Innocentius IV papa C. 5, p. 49.
Instinctus D. 8.
Interdictum C. 5.
Johannes Abbas filius Constantini B. 11, p. 18.
Johannes auditor C. 5.
Johannes de Berrencastel D. 18.
Johannes episcopus Cyrenensis D. 19. 20. 34.
Johannes evangelista D. 2. 4. 11. 15.
Johannes de Francfordia C. 5, p. 50; D. 12, p. 63.
Johannes de Hildesheim D. 11, p. 61.
Johannes de Indagine s. Hagen D. 11. 13. 14. 17.
Johannes de Lignano D. 23 f.
Johannes Mesue (oris aureati B. 8, p. 14) B. 13, p. 22.
Johannes de S. Paulo B. 6 b.
Johannes de Rupe scissa B. 12 a; 17, p. 30.
Johannes de Sconhovia D. 21, p. 83; 31, p. 92.
Johannes abbas montis Sinai D. 15, p. 70.
Johannes de Tambaco D. 33, p. 95.
Johannes de Ymo C. 5, p. 49.
Johannicius B. 22, p. 39.
Jordanus de Quedlinburg D. 23 b.
Josephina Gersonis D. 32.
Isaac Beimiram de diaetis B. 22, p. 39.
Isidorus de officiis divinis D. 5 c.
synonyma D. 17 k.
Justini historiae A. 2 a.

## K.

Kalith B. 18, p. 34.
Kanutus de Arusia C. 5.
Kilchmatter, Rudolphus, B. 10, p. 16.
Kolve, Nicolaus, de Berlin D. 21, p. 82.

## L.

Landesberge, Bartoldus de, D. 35.
Lanfrancus s. Lefrardus Mediolanensis B. 11, p. 18.
Leo Tuscus philosophus B. 21.
Leonardus Aretinus A. 3 c et d.
Leonardus de Utino D. 22 b.
Lignano, Jo. de, D. 23 f.
Lilium benedictum inter spinas B. 18 d.
Lilium intelligentiae B. 18 i.
Lilium medicinae B. 7 b.
Loxus physiognomon B. 3 b, p. 5.
Lucani Pharsalia A. 1.
Lucas evangelista D. 25.
Ludewici, Henricus, D. 21, p. 80.
Lumen animae D. 14 c.
Luminarium trium tractatus D. 17 m.
Luneborch, Colchagen de, C. 5.
Luppoldus de Bebenburg, C. 3, p. 51.
Lurtzen de squaloribus curiae D. 21 r.
Lyra, Nicolaus de, D. 12, p. 64; 25, p. 89.

## M.

Macer de viribus herbarum B. 8 a.
Maecenas B. 1 b.
Magerlin, Jo., B. 8, p. 15.
Magni, Jacobus, D. 11 d.
Malogranatum D. 14 b.
Mandor B. 12, p. 20.
Marcus evangelista D. 2 et 25.
Marcus de S. Bassiano B. 10, p. 16.
Marcus de Gatinaria B. 24 b.
Marinus, Antonius B. 20 a.
Marsilius de Padua D. 23, p. 87.
Martinus papa C. 5, p. 49.
Matthaei de Cracovia dialogus rationis et conscientiae D. 18 b.
sermones D. 23 o etc.
de pura conscientia D. 32, p. 93.
Maximianus D. 17, p. 73.
Medicinae digerentes B. 23 b.
Medicinale utile et bonum B. 9.
Melchior de Colonia B. 6, p. 10.
Mensium proprietates B. 8 b.
Meschede, Gottschalcus D. 21, p. 80.
Mesue B. 6 a; 13 b et c.
Michael episcopus Antisiodorensis D. 11, p. 62.
Middelburch, Jo., D. 20, p. 78.
Minner, Jo., B. 6, p. 10; 7, p. 13.
Missae celebratio D. 21 q.
exercitium devotum D. 15.
fructus duodecim D. 12 b.
mysteria D. 31.
Monachorum regulae D. 5 b.
Montagnana, Bartholomaeus B. 23 c; 24 d.

Moriendi ars D. 12.
Morienus B. 17, p. 29; 18, p. 34.
Mundinus de Foro Julii B. 14.

## N.

Nibethetif B. 11, p. 18.
Nicolaus de Dinkelsbühl D. 16.
Nicolaus de Gorra D. 12, p. 64.
Nicolaus de Gretz D. 12 d.
Nicolaus de Lyra D. 12, p. 65; 25, p. 89.
Nicolai antidotarium B. 6. 9. 15. 16.
Nider, Jo., D. 21 q.
Nobilitas animae D. 31.
Notorium multiplex C. 5.

## O.

Officia divina D. 5 c.
Oliverius de populis B. 23 a.
Oyta, Henricus de, D. 23 u etc.

## P.

Palmar, Jo., contra Bohemorum errores D. 14 d.
Partes humani corporis B. 11, p. 17.
Passio domini D. 11 f; 21 w; 23 b.
Paulus apostolus D. 3.
Paulus II papa D. 12, p. 66.
Pentecoste D. 10.
Peraldus, Guil., D. 12, p. 64.
Petronellus B. 21.
Petri Aldefunsi disciplina clericalis D. 7 a.
Petri Comestoris historia scholastica D. 6.
Petrus Tusignanus B. 10 d.
Petrus de Villa nova B. 17, p. 28.
Petrus de Zulento (?) B. 18, p. 34.
Pforzemensis medicina B. 20 a.
Philanthropiae dei D. 33.
Philaretus D. 22 a.
Philippus Callimachus s. Bonacursius B. 21, p. 37.
Phlebotomia B. 3. 13. 24.
Physiognomica B 3 b, p. 5 etc.
Placentinus B. 22, p. 39.
Planetarum figurae B. 12 c.
Platearius B. 6, p. 11; 15, p. 25.
Platonis Timaeus B. 3 b, p. 7.
Plutarchus de educatione A. 3 b.
Polemon physiognomon B. 3 b, p. 7.
Pollen, Hildebrandus D. 18, p. 75.
Pollutio nocturnalis D. 15.
diurna D. 33.
Pomo, Aristoteles de, B. 3b, p. 5.
Postilla studentium universitatis Pragensis D. 20.
Practice graduum B. 1 a.
Processus judiciarius C. 2, p. 49.
Proprietarii religiosi D. 21 ee.
Psalterium D. 1. 14. 22. 36.
Pusillanimitatem, remedia contra, D. 33.

## Q.

Quedlinburg, Jordanus de, D. 23, p. 85.
Quinta essentia B. 18 f.

## R.

Ramus, Quintus D. 17, p. 72.
Regimen conservationis sanitatis B. 11, p. 17.
peregrinantium B. 3 b, p. 6.
tempore pestilentiae B. 8 d; 12 d; C. 5, p. 49.
sanitatis B. 7 b.
Regnum dei D. 17 h.
Rhazes B. 3 a.
Richardus episcopus Rothomagensis D. 15, p. 70.
Robertus de Sorbona D. 15, p. 70.
Rodenborch de Haghen D. 16.
Rogerii chirurgia B 11, p. 18; 13, p. 21.
Rosa aurea B. 18 e.
Rosarius B. 17, p. 28; 18, p. 33.
abbreviatus B. 20 a.
Rosati sermones D. 34.
Rotingen, Jacobus van, D. 17, p. 73.
Rupe scissa, Johannes de, B. 12 a; 17, p. 30.

## S.

Sacramenta D. 27.
Sapientia divina D. 17 l.
Savonarola, Michael, B. 11, p. 18.
Scone, Fridericus, C. 5, p. 48; D. 21, p. 80.
Sconhovia, Johannes de, D. 21, p. 83; 31, p. 92.
Scrupulosi in regula S. Benedicti D. 15. 32.
Scrupulositas celebrandi missam D. 15.
Secreta mulierum B. 3 b, p. 6.
Secretum secretorum B. 3 b, p. 5.
Secundus philosophus B. 3 b, p. 6.
Sententiarum liber tertius D. 9.
Serapion B. 14.
Sermones D. 8. 12. 22. 25. 26. 27. 28. 29. 30.
Servitoris liber B. 11, p. 18.
Sigillum Mariae D. 24.
Silriter, Daniel, D. 15, p. 70.
Simon canonicus in Eymstein D. 21, p. 83.

Simon Januensis B. 11, p. 20.
Synonyma B. 7, p. 13; 14, p. 24.
Sitz, Alexander, B. 9.
Slichtius, Henricus, D. 13.
Smaragdus abbas D. 5 a.
Soda influentialis B. 24.
Somniaria B. 21.
Speculum alchimiae B. 20 b, p. 36.
peccatoris D. 12 h.
secretorum B. 17, p. 30.
Spirinck, Johannes B. 24 a.
Squalores curiae D. 21 r.
Stella clericorum s. devotorum D. 15.
Sterilitatis remedia B. 10 et 14.
Stimulus amoris D. 15.
Struss, Nicolaus, D. 22.
Studium consilii conjugis etc. B. 18 a.
Successio C. 5, p. 50.
Sulmanus, Martinus, C. 5, p. 51.
Superstitiones D. 21 a.
Synonyma Isidori D. 17 k.
Simonis Januensis B. 7, p. 13; 14, p. 24.

## T.

Tambaco, Johannes de, D. 33, p. 95.
Theoconichus B. 3 b, p. 6.
Theodorus philosophus B. 3 b, p. 5 etc.
Theodosius de vita Alexandri D. 20, p. 78.
Theoduli ecloga D. 12 g.
Thesaurus orbis universi B. 12 a.
Thomas de Aquino B. 21, p. 38; D. 12, p. 64.
de puritate conscientiae D. 32. 33.
Translatio imperii D. 23 z.
Tusignanus, Petrus, B. 10 d.

## V.

Viaticum B. 4 et 5.
Victore, Hugo de Sancto, D. 15.
Vigiliae glossatae D. 23. 25.
Villa nova, Petrus et Vitalis de, B. 17, p. 28.
Arnoldus de, B. 17. 18. 22.
Viragine, Jacobus de, D. 12, p. 64.
Visitationis Mariae festum D. 11 c.
Vita actionum C. 4, p. 47; 5, p. 49.
Vitia capitalia D. 21 w.
Viti, Sancti, festivitas D. 10.
Ulcera et vulnera B. 10 a.
Urbach C. 5, p. 49.
Urinae B. 7, p. 12; 14, p. 25.
Usura D. 23 kk.
Utino, Leonardus de, D. 22 b.

## W.

Westfal, Arnoldus, C. 5.

## X.

Xenophontis Hiero A. 3 c.

## Y.

Ymo, Johannes de, C. 5, p. 49.
Ysco, Bonaventura de, B. 25.

## Z.

Zelus christianae religionis C. 5, p. 49.

DUE
CHARGE

B 3689.3.5
Catalogus codicum manuscriptorum, q
Widener Library 005992782
3 2044 080 269 681